DE OPTATIVI IN CHARTIS AEGYPTIIS VSV

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

CONSENSV ET AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLVS HARSING

DVESSELDORPIENSIS

PROMOTVS DIE XXIII MENSIS FEBRVARII ANNI MCMX

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGI TYPOGRAPHI ACADEMICI

MCMX

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM RETTVLIT

A. BRINKMANN.

PARENTIBVS

S.

Conspectus papyrorum.

Alex. (Botti) = Papyrus Ptolémaiques du Musée d'Alexandrie par G. Botti (Bulletin de la société archéol. d'Alexandrie n. 2, Alex. 1899, p. 65 ss.).

Amh. = The Amherst Papyri ed. by Grenfell and Hunt. Part. II. London 1901. (P. I frgm. theol. continet.)

Ashmol. = On new papyrus-fragments from the Ashmolean Museum at Oxford (Trans. of the Roy. Irish Acad. 31. P. VI, 1898, pp. 197—208).

BGU = Aegyptische Urkunden aus den Königl. Museen zu Berlin. Griech. Urkunden. Berlin 1892 ss. (I—IV 6).

Cair. = Greek papyri from the Cairo Museum together with papyri of Roman Egypt from American collections ed. by E. J. Goodspeed. (The Univ. of Chicago, the decenn. publ. V, 1902.)

Catt. I = Le papyrus judiciaire „Cattaoui" par G. Botti (Bulletin de la société archéol. d'Alexandrie n. 4, Alex. 1902, pp. 108—118).

Catt. II = Léon Barry, Un papyrus grec. (Bulletin de l'Inst. franç. d'archéol. orientale III, Le Caire 1903, pp. 187—202).

Coll. Joug. = Collinet-Jouguet, Un procès plaidé devant le juridicus Alexandreae dans la seconde moitié du IVe siècle après J.-C. (Archiv I p. 293 ss.).

Conspectus redituum = Revenue Laws of Ptolemy Philadelphus ed. by Grenfell, with an introd. by Mahaffy, Oxford 1896.

CPR = Corpus papyrorum Raineri. Vol. I ed. C. Wessely. Wien 1895.

Dresd. = C. Wessely, Die griech. Papyri Sachsens. (Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. phil. hist. Kl., Bd. 37, 1885, p. 237 ss.).

Eleph. = O. Rubensohn: Elephantine Papyri. Berlin 1907.

Fay. I = Fayûm towns and their papyri, ed. by Grenfell, Hunt, Hogarth. London 1900.

Fay. II = Die Pariser Papyri des Fundes von El Fayûm, herausg. v. Wessely. (Denkschr. d. k. k. Ak. d. Wiss. in Wien, phil.-hist. Kl., Bd. 37, 1889).

Flor. = Girolamo Vitelli: Papiri Fiorentini, documenti publ. e priv. dell' età Romana e Bizantina. Fasc. 1 e 2. 1905/06. (Papiri Greco-Egizii pubbl. d. R. Acad. dei Lincei. Vol. primo).

Genev. = Les papyrus de Genève, transcrits et publiés par Jules Nicole. Pap. grecs. Actes et lettres. I 1, 2. Genève 1896, 1900.

Grenf. I = An alexandrian erotic fragment and other greek papyri chiefly ptolemaic ed. B. P. Grenfell, Oxford 1896.

Grenf. II = Greek papyri, second series, ed. B. P. Grenfell and Hunt. Oxford 1897.

Hawara = Hawara Biahmu and Arsinoe ed. W. M. Flinders-Petrie. London 1889.

Hernals = K. Wessely: Zu den griech. Papyri des Louvre und der Bibl. nationale (I. Teil Jahresbericht d. Gymn. in Hernals, Wien 1889. II. Teil 1890).

Hib. = The Hibeh Papyri ed. Grenfell and Hunt. London 1906.

Lips. = Griech. Urkunden der Papyrussammlung zu Leipzig, herausg. v. L. Mitteis. I. Bd. Mit Beiträgen von U. Wilcken. Leipzig 1906.

Lond. = Greek Papyri in the British Museum ed. by F. G. Kenyon. Vols. I and II. London 1893. 1898. Vol. III ed. by F. G. Kenyon and Bell. London 1907.

Lugd. = Papyri graeci Musei antiquarii publ. Lugduni Batavi ed. C. Leemans. Tom. I 1843. II 1885.

Magd. = Papyrus de Magdôla, par P. Jouguet et G. Lefèbure. (Bull. Corr. Hell. 26, 1902, p. 95 ss. 27, 1903, p. 174 ss.)

Oxyrh. = The Oxyrhynchus Papyri ed. by Grenfell and Hunt. London 1898—1908, I—VI (V frgm. theol. et lit. continet).

Paris. = Les papyrus Grecs du Musée du Louvre par W. Brunet de Presle et E. Egger. (Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque impériale XVIII 2).

Petr. = The Flinders-Petrie Papyri ed. by John P. Mahaffy. (Royal Irish Acad. „Cunningham Memoirs" VIII Dublin 1891, IX 1893, XI 1905.)

Peyron. = Papyri greci del Museo Britannico di Londra e della bibl. Vat. trad. ed ill. da Bern. Peyron (Mem. della R. Acad. delle scienze di Torino, Serie II, t. III, Torino 1841).

Rein. = Papyrus Th. Reinach. Papyrus Grecs et Démotiques recueillis en Égypte et publiés par Th. Reinach avec le concours de W. Spiegelberg et S. de Ricci. Paris 1905.

Stud. pal. = C. Wessely, Studien zur Paläographie und Papyruskunde. I—VIII. Leipzig 1901—08.

Taur. = Papyri Graeci regii Taurinensis Musei Aeg. ed. atque ill. ab Amadeo Peyron. I 1826. II 1827.

Tebt. = The Tebtunis Papyri ed. by Grenfell, Hunt, Smyly. London I 1902. II 1907.

Vindob. = Die griech. Papyri der kaiserl. Sammlungen Wiens von K. Wessely. (Jahresbericht des Franz-Joseph-Gymnasiums, Wien 1885.)

Wilck. Act. = U. Wilcken, Aktenstücke aus d. kgl. Bank zu Theben. (Abhandl. d. Berl. Akad. 1886.)

Zoid. = Papyri greco-egizi di Zoide dell' Imp. R. mus. di Vienna, ed. A. Peyron. (Mem. della Reale Acad. di Torino 33, 1829.)

Conspectus librorum
qui de optativo posterioris Graecitatis scripti sunt.

Baumann, C., Observationes grammaticae de modorum usu in Dionysii Hal. antiq. Rom. Diss. Gryphiswald. 1875, p. 13 ss.

Blass, Fr., Grammatik des Neutestamentlichen Griechisch. Göttingen 1902, p. 38 et p. 224 s.

Blum, Fr., De Antonino Liberali. Diss. Argent. 1892, p. 13 sq.

Compernass, Jo., De sermone Graeco volgari Pisidiae Phrygiaeque meridionalis. Diss. Bonn, 1895, p. 33 ss.

Crönert, W., Memoria Graeca Herculanensis. Leipzig 1903, p. 211 ss.

Diel, Herm., De enuntiatis finalibus apud Graecorum rerum scriptores posterioris aetatis. München 1895.

Dieterich, K., Untersuchungen zur Geschichte der griech. Sprache von der hellenist. Zeit bis zum 10. Jahrh. n. Chr. Leipzig 1898 (= Byzant. Archiv, Heft I), p. 205 s.

Dürr, K., Sprachl. Untersuchungen zu den Dialexeis des Maximus von Tyrus. Philol. Suppl VIII p. 37 ss.

Fritz, W., Die Briefe des Bischofs Synesius von Kyrene. Ein Beitrag zur Geschichte des Attizismus im IV. und V. Jahrh. Leipzig 1898, p. 102 ss.

Georg, A., Studien zu Leontios. Diss. Monac. Halle 1902, p. 26 sq.

Hartmann, J., Untersuchungen über den Gebrauch der Modi in den Historien des Prokop aus Caesarea. Progr. Regensburg 1903, p. 12 ss.

Hatzidakis, G. N., Einleitung in die neugriechische Grammatik. Leipzig 1892, p. 216 ss.

Heiler, C. L., De Tatiani apologetae dicendi genere. Diss. Marp. 1909, p. 58, 66 ss.

Jannaris, A. N., Historical Greek Grammar. London 1897, app. V.

Kapff, R., Der Gebrauch des Optativus bei Diodorus Siculus. Diss. Tübingen 1903.

Malina, Th., De dictione Polyaenea. Diss. Berol. 1854, p. 53 ss.

Mann, Ew., Über den Sprachgebrauch des Xenophon Ephesius. Progr. Kaiserslautern 1896, p. 28.

Mayser, E., Grammatik der griech. Papyri aus der Ptolemäerzeit mit Einschluss der gleichzeitigen Ostraka und der in Ägypten verfassten Inschriften. Leipzig 1906, p. 326 s.

Melcher, P., De sermone Epicteteo quibus rebus ab Attica regula discedat. Diss. Hal. XVII, 1906, pp. 86—90.

du Mesnil, Ad., Grammatica, quam Lucianus in scriptis suis secutus est, ratio cum antiquorum Atticorum ratione comparatur. Progr. Stolp 1867, p. 15 ss.

Oldenburger, Erv., De oraculorum Sibyllinorum elocutione. Diss. Rostoch. 1903, pp. 11 et 21.

Reik, K., Der Optativ bei Polybius und Philo von Alexandria. Leipzig 1907.

Reinhold, H., De graecitate patrum apostolicorum librorumque apocr. N. T. quaestiones grammaticae. Diss. Hal. XIV 1901, p. 109 ss.

Schmid, Guil., Der Atticismus in seinen Hauptvertretern von Dionys v. Halicarnass bis auf den zweiten Philostratus. I—V. Stuttgart 1887—1897.

Schmidt, Guil., De Flavii Josephi elocutione observationes criticae. (Fleckeis. Jahrb., Suppl. XX. 1894) p. 401 ss.

Sexauer, H., Der Sprachgebrauch des Romanschriftstellers Achilles Tatius. Diss. Heidelberg. Karlsruhe 1899, p. 34 s.

Tröger, G., Der Sprachgebrauch in der pseudo-longin. Schrift περὶ ὕψους. Diss. Erlang. Burghausen 1899, p. 34 ss.

Usener, Der heilige Tychon. Leipzig 1907, p. 53 ss.

Vogeser, Jos., Zur Sprache der griechischen Heiligenlegenden. Diss. Monac. 1907, p. 36.

Winer, G. B, Grammatik des neutestamentl. Sprachidioms. 8 Aufl. neu bearbeitet von Schmiedel I, 1894, pp. 114, 120.

Etiamsi spes est fore, ut chartarum Graecarum, quarum magna copia usque ad hoc tempus in Aegypto reperta est, numerus in posterum etiam multo magis augeatur, tamen vel iis, quae typis exscriptae exstant, ut variae res vitae privatae publicaeque, ita sermo nova luce collustrantur. Et quamquam multi viri docti de rebus in papyris commemoratis quaestiones instituerunt neque defuerunt, qui de dicendi genere, quale in iis invenitur, tractarent, multum abest, ut res iàm ad liquidum perducta sit. Quod imprimis valet de syntaxi. In hoc campo usque ad hunc diem, quantum scio, quattuor dissertationes versantur, Voelkeri, quae sunt de accusativo et de articulo, et Kuhringi Rossbergique, quibus de praepositionibus agitur[1]).

Circumspicienti mihi quonam modo ad pleniorem huius rei cognitionem pro viribus conferre possem, maxime e re mihi visum est de forma usuque optativi accuratius tractare. Nam cum optativum in labenti Graecitate magis magisque evanuisse constet, quando id et quomodo factum sit, multo melius ex scriptis qualia exstant in chartis, quam ex scriptorum libris cognosci facile apparet.

Ne quis miretur non omnes editiones papyrorum, quae in tabula supra proposita enumeratae sunt, in hac dissertatione afferri, moneo in nonnullis chartarum editionibus optativum non inveniri, quod cum de aliis valet tum de conspectu redituum Ptolemaei Philadelphi, in quo, cum reditus tantum enumerentur, optativi adhibendi locus non est. Hac in quaestione tripartitum sequar ordinem; ac primum (A) quidem dicam de formis, tum (B) de syntaxi, deinde (C) de temporibus optativi.

---

1) F. Voelker, Papyrorum Graecarum syntaxis specimen (de accusativo). Diss. Bonn. 1900. Syntax d. griech. Papyri I, der Artikel. Progr. N. 433 des Realgymn. zu Münster i. W. 1903. W. Kuhring, De praepositionum Graecarum in chartis Aegyptiis usu quaestiones selectae. Diss. Bonn. 1906. C. Rossberg, De praepositionum Graecarum in chartis Aegyptiis Ptolemaeorum aetatis usu. Diss. Jen. 1909.

A. De formis optativi.

Priusquam varias optativi formas enumero, paucis decernendum est, utrum formae quaedam, quae optativi esse videri possunt, re vera optativi sint necne. Saepissime exstant formae verbi δίδωμι, de quibus dubitari potest, quarum has afferam:

2. pers. sing. praes. ἀποδιδῦς Fay. I 124 (s. II p. Chr.), quae forma non est dubium, quin sit pro ἀποδιδοῖς. Nam υ vocalis saepissime pro οι diphthongo scribitur[1]).

3. pers. sing. praes.: διδοῖ Par. 30, 12. 31, 39 (162 a. Chr.). Peyron. 15 (Ptol. t.). Amh. II 132 (s. II. p. Chr.). BGU 822 (s. III. p. Chr.). ἀποδιδῖ[2]) (pro ἀποδιδοῖ) Genev. 51, 26 (s. IV. m. p. Chr.).

3. pers. sing. aor.: δοῖ Petr. II 9, 5 (c. 240 a. Chr.). Dresd. p. 277, 5 (s. III. a. Chr.). Lugd. D 1, 11 (162 a. Chr.). Oxyrh. IV 742 (2 a. Chr.). 728 (142 p. Chr.). III 485 (178 p. Chr.). BGU 910 (71 p. Chr.). 741 (143 p. Chr.) Flor. 86 (85 p. Chr.). 1 (153 p. Chr.). 81 (103 p. Chr.). 51 (138—161). Lips. 10 II 32 (240 p. Chr.). De προσμεταδοῖ Oxyrh. I 68, 35 (131 p. Chr.) v. Gradenwitz Einführung i. d. P. p. 42, 2.

Harum omnium formarum sex tantum re vera optativi sunt[3]): διδοῖ Par. 30, 12. 31, 39. Peyron. 15, 57 (Ptol. t.). Genev. 51, 26 (s. IV. m. p. Chr.) et δοῖ Lugd. D 1, 11 (162 a. Chr.). Dresd. p. 277, 5 (s. III. a. Chr.). Infra eas formas enumerabo, quae coniunctivi esse putandae sunt.

Ad. Petr. II 9 (5) 5 (c. 240 a. Chr.): γράψας Θεωδώρωι τῶι οἰκονόμοι, ὅπως δοῖ ἡμῖν, Mayser l. c. p. 325 recte dicit: „Bemerkenswert ist die Konjunktivform δοῖ in einem (ziemlich schlecht geschriebenen) Pap. des III^{a}: ὅπως δοῖ Petr. II 9 (5) 5. Da jedoch der Schreiber in derselben Linie τῶι οἰκονόμοι (für οἰκονόμωι) schreibt, ist die Form lautlich, nicht morphologisch zu erklären (δοῖ = δῶι). In Tebt. 409 (5 p. Chr.): ὅπως Λυσιμάχῳ δοῖς καὶ ἐρωτήσῃς αὐτὸν formam δοῖς coniunctivum

---

1) Cf. Mayser l. c. p. 110. G. Meyer p. 185.

2) De vocali ι pro οι diphthongo scripta cf. Mayser p. 111.

3) Cf. Mayser p. 326, Crönert p. 215 ss., Winer-Schmiedel p. 121.

esse altero coniunctivo addito efficitur. Idem valet de Fay. I 124 (s. II. p. Chr.): εἰ μὴ πίθη καὶ ἀποδιδῦς (pro ἀποδιδοῖς). In Oxyrh. III 485 (178 p. Chr.) invenitur ἐὰν μὴ ἀποδῷ, alio loco eiusdem papyri ἐὰν μὴ ἀποδοῖ, quae locutio idem valet. Unde apparet formam ἀποδοῖ coniunctivum esse. Idem est in Flor. 86 (85 p. Chr.). 51 (138–161). 81 (103 p. Chr.). 1 (153 p. Chr.). BGU 910 (71 p. Chr.). 741 (143 p. Chr.). Oxyrh. IV 728 (142 p. Chr.). Lips. 10 II 32 (240 p. Chr.), quo in exemplo pro ἐὰν coniunctione εἰ exstat. Tamen ἀποδοῖ forma non optativi putanda est. Omnibus his rebus commotus eas formas, quae similiter comparatae sunt, coniunctivi habendas esse putavi praeter eas, quae fieri non potest quin optativi sint propter ea, quae enuntiato exprimantur[1]).

Praeter formas verbi δίδωμι inveni alias, de quibus dubitari potest, utrum optativi an alius modi sint. Sunt hae:

καταστοχήισαμεν[2]) in Tebt. 58 (111 a. Chr.): καὶ οὔπω συνκεχώρηκεν, ὥστ' ἂν σὺν τοῖς θεοῖς καταστοχήισαμεν αὐτοῦ, quo in exemplo editor pro καταστοχήισαμεν forma optativum καταστοχάσαιμεν accipi vult. Sed hoc loco a chartae scriptore ι littera falso adscripta est, ut illis temporibus non raro fiebat, cf. εἴηι, θείηι etc., et augmentum neglectum[3]) est, ita ut καταστοχήισαμεν pro κατηστοχήσαμεν sit.

χρηματισθήσοιτο in Taur. I 2, 32, cuius formae loco legendum videtur ἵνα χρηματισθῇ σοι τὸ ὑπόμνημα κτἑ.

ἀφερετείητε in BGU 74 (167 p. Chr.): καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη, ὁπόσων μὲν — ἀφερετείητε loco formae ἀφαιρεθείητε exstare videtur.

Re vera inveniuntur hi optativi:

p r a e s. a c t.

septuagies quater εἴη sive εἴηι[4]) sive εἴε[5]), quae forma

1) De his formis, quae re vera optativi sunt, infra disseram.

2) Cf. St. W i t k o w s k i, Epistulae privatae Gr. 1906, p. 79 adn.

3) De ι littera falso adscripta v. C r ö n e r t p. 42 ss., M a y s e r p. 126. De neglecto augmento temporali dicit M a y s e r p. 336, 7.

4) Secundum M a y s e r u m p. 126 ι huic formae adscriptum ortum est ex analogia coniunctivi. De vocali ι falso adscripta cf. G. M e y e r p. 187 et C r ö n e r t p. 44.

5) De hac forma vide M a y s e r p. 64.

exstat Par. 44, 2 (153 a. Chr.): Tebt. 78, 17 (110 a. Chr.). 210 (107 a. Chr.). 282, 10 (s. II. a. Chr.). Petr. I [33] 11, 8. I [37] 12, 4 (s. III. a. Chr.). I [40] 13 (3) 3. I [43] 14, 8. I [45] 15, 14. I [47] 16 (1) 14. I [49] 17 (1) 19 (omnes 237 a. Chr.). I [49] 17, 2 (235 a. Chr.). I [51] 18 (1) 8. I [51] 18 (2) 10 (237 a. Chr.). I [54] 19, 24 (225 a. Chr.). I [57] 20 (2) 15 (225 a. Chr.). I [59] 21, 4 (237 a. Chr.). II, II (3) 2. II, II (4) 2 (260 a. Chr.). II, XIII (6) 7 (c. 255 a. Chr.). II, XLVI (a) 5 (200 a. Chr.). III 10, 5. III 11, 17. III 13 a 26 (Ptol. t.). III 51, 4. III 51, 9. III 53 n 2 (s. III. a. Chr.). Cair. 4 (c. 150 a. Chr.). Lond. 42, 3 (168 a. Chr.). 219 b 5 (s. II. a. Chr.). Taur. I 9, 6 (Ptol. t.). Alex. 3 (s. III. a. Chr.). Peyron. 18, 3 (Ptol. t.). A 3 (168 a. Chr.). Hib. 79, 5 (260 a. Chr.). Eleph. 13 (223 a. Chr.). 23, 18. Par. 42, 2 (156 a. Chr.). 44, 2. 45, 2. 46, 4 (153 a. Chr.). 63, 5 et 64 (165 a. Chr.). Par. p. 255, 24. 21, 45 (616 p. Chr.). Genev. 14, 10 (Byz. t.). Grenf. I 12, 16 (148 a. Chr.). I 21, 2 (126 a. Chr.). I 56, 13 (536 p. Chr.). I 57, 11 (561 p. Chr.). I 62, 18. I 65, 5 (s. VI./VII.). Lips. 29, 4. 29, 5 (295 p. Chr.). Oxyrh. I 104 (96 p. Chr.). I 125, 16 (560 p. Chr.), quo loco exstat compositum ἀπείη. II 240, 8 (37 p. Chr.). II 251, 26 (44 p. Chr.). II 253, 22 (19 p. Chr.). 255, 24 (48 p. Chr.). 259, 21 (23 p. Chr.). 260, 16 (59 p. Chr.). 263, 16 (77 p. Chr.). III 496, 10 (127 p. Chr.). 497, 11 (s. II. p. Chr.). VI 910, 27 (197 p. Chr.). 939, 6 (s. IV. p. Chr.). Amh. II 68 (s. I. p. Chr.). Fay. I 20 (s. III./IV.). BGU 970 (c. 170 p. Chr.). 1093 (265 p. Chr.). Lond. 181, 16 (64 p. Chr.). 77, 14 (s. VIII. p. Chr.). Flor. 79 (60 p. Chr.). Stud. pal. I p. 6 I 8 (454 p. Chr.).

terdecies εἴην: Oxyrh. I 82 (s. III. m. p. Chr.). II 239, 12 (66 p. Chr.). II 257, 44 (95 p. Chr.). III 480, 16 (132 p. Chr.). Fay. I 24 (158 p. Chr.). BGU 649 (187 p. Chr.). Flor. 34, 13 (342 p. Chr.). 75, 24 (380 p. Chr.). Grenf. II 62 (211 p. Chr.). Lips. 45, 20 (371 p. Chr.). 121, 13 (152 p. Chr.). 55, 14 (c. 380 p. Chr.). Stud. pal. II p. 27, 15 (s. III. p. Chr.).

duodecies ἔχοι: Grenf. II 1 4 c 5 (s. III. a. Chr.). Petr. II 11 (2) 2 (s. III. m. a. Chr.). II 20 (63) 3 (252 a. Chr.). II 40 a 8 (223 a. Chr.). III 42 H 7, 1. III 42 H 8 a 1. III 53 q 5. III 53 r 3 (s. III. a. Chr.). Hib. 63, 12 (265 a. Chr.). BGU 969 (142 p. Chr.). 347 I 14. 347 II 12 (170 p. Chr.).

octies εἴημεν: Oxyrh. IV 715, 31 (131 p. Chr.). VI 897, 16 (346 p. Chr.). Amh. II 139 (350 p. Chr.). II 140 (349 p. Chr.). Tebt. 293, 22 (187 p. Chr.). BGU 647 (130 p. Chr.). Lond. 1247, 16 (345 p. Chr.) [1]). Lips. 54, 16 (376 p. Chr.).

sexies χαίροις: Lond. 144, 1 (s. I. p. Chr.). BGU 931 (s. III./IV.). Tebt. 417, 1 (s. III. p. Chr.). Oxyrh. I 112 (s. IV. p. Chr.). III 526, 1 (s. II. p. Chr.). VI 933, 1 (s. II. p. Chr.).

ter διδοῖ: Par. 30, 12. 31, 39 (162 a. Chr.). Peyron. 15, 57 (Ptol. t.).

bis τυχάνοι sive τυχχάνοι [2]): Vindob. I 8 et 11 (s. III. a. Chr.).

bis εἴησαν: Par. 35, 29 (163 a. Chr.). Lond. 1249, 5 (345 p. Chr.).

bis δέοι: Stud. pal. V 95, 14. Coll. Joug. II 3 (s. IV. p. Chr.).

uno tantum loco exstant formae: ἀνυψῖ (pro ἀνυψοῖ): Genev. 51, 27 (s. IV. m. p. Chr.). ἀποδιδῖ (pro ἀποδιδοῖ): ibid. l. 26. διδοίη: Lugd. B 3, 18 (164 a. Chr.). εἶεν: BGU 113, 4 (143 p. Chr.). εἴης: Lond. 1168, 43 (18 p. Chr.). ἔχοις: Oxyrh. VI 891, 16 (294 p. Chr.). ἔχοιτε: Oxyrh. I 60 (323 p. Chr.). ἔχοιται [3]) (pro ἔχοιτε): BGU 15 II 24 (194 p. Chr.). ἔχοιεν: CPR 233, 6 (314 p. Chr.). συμβαίνοι: BGU 74 (167 p. Chr.). μέλοι: Genev. 62, 13 (s. IV. m. p. Chr.). μέλλοι: Coll. Joug. I 11 (s. IV. p. Chr.). δοκοῖ [4]): Oxyrh. I 71, 1, 17 (303 p. Chr.). δοκοίη: Coll. Joug. II 18 (s. IV. p. Chr.). ἐπιχειροίη: Par. 63, 112 (165 a. Chr.). ἀδικοῖ: Vindob. I 12 (s. III. a. Chr.) [5]). εὑρίσκοις: Amh. II 137, 21 (290 p. Chr.). ἀντιλέγοιεν: Oxyrh. I 67 (338 p. Chr.). ἐπιβάλλοιμεν: Tebt. 28, 12 (114 a. Chr.). ἀπολαμβά-

---

1) Hoc loco ειμεν pro εἴημεν exstat.

2) De assimilatis γχ cf. Mayser p. 183.

3) De terminatione αι pro ε cf. Mayser p. 107.

4) Crönert l. c. p. 217 adn. 1 dicit: „Quod legitur in papyro quadam εἴ σοι δοκοῖ Oxyrh. I 71, 1, 17 (303 p.) alio spectare videtur, nam indicativus desideratur ignoratque omnino lingua volgaris illius temporis optativi usum". At refellitur eiusdem papyri verbis εἴ σου δόξειεν. Forma δοκοῖ est comparata eodem modo, quo ἀδικοῖ in Vindob. I 12 (s. III. a. Chr.).

5) Haec papyrus Jonice scripta est.

νοιεν: BGU 745 (s. III. p. Chr.). θέλοιεν: Oxyrh. II 237, 7, 23 (186 p. Chr.).

opt. praes. med.

duodecies γίνοιτο sive γίνοιτω [1]) sive γείνοιτο [2]): γίνοιτο: Par. 26, 50 (163 a. Chr.). 29, 25 (160 a. Chr.). 5, 29 (Ptol. t.). Lugd. D 1, 21 (162 a. Chr.). Dresd. p. 277 (s. III. a. Chr.). Lond. 21, 14 (162 a. Chr.). γίνοιτω: Par. 30, 25 (162 a. Chr.). γείνοιτο: CPR 20, 9 (250 p. Chr.). 39, 22 (266 p. Chr.). BGU 741 (144 p. Chr.). Stud. pal. V 119 II recto 22. V 119 VII recto 22 (s. II./III.).

uno tantum loco inveniuntur: ἀπολλύοιτο: Vindob. I 6 (s. III. a. Chr.). βουλοίμην: BGU 1011 (s. II. a. Chr.). βούλοιτο: Eleph. 13 (223 a. Chr.). δύνεσθε (pro δύναισθε): BGU 74 (167 p. Chr.). δύναιντο: Wilck. Act. XII 12 (Ptol. t.). προάγοιτο: Lips. 119 II 6 (274 p. Chr.). χαριζοίμην: Eleph. 13 (223 a. Chr.), quae forma pro χαριζοίμεθα exstat et quam propterea primae personae pluralis in conspectu, qui infra sequetur, attribui. χαρίζοισθε: Grenf. II 36, 19 (95 a. Chr.).

opt. aor. I. act. viginti sex, quarum formarum tredecim III. pers. sing. sunt, et id quidem ita, ut novem in -ειε(ν) terminentur:

bis ποιήσειεν ante vocalem: Flor. 83, 10 (s. III./IV.). CPR 19, 24 (330 p. Chr.) [3]).

semel exstant formae: ἀφυστερήσιεν (pro ἀφυστερήσειεν) ante consonantem: Lond. 1246, 20 (345 p. Chr.). δόξειε ante consonantem: Tebt. 326, 13 (266 p. Chr.). δόξειεν ante consonantem: Oxyrh. I 71, 2, 18 (303 p. Chr.). ἐπιδείξειεν ante vocalem: Coll. Joug. III 10 (s. IV. p. Chr.). ἐπιχειρήσειεν ante vocalem: Lond. 113, 1, 53 (s. VI. p. Chr.). παραμελήσειεν ante consonantem: Coll. Joug. III 4 (s. IV. p. Chr.). πιστεύσειεν ante vocalem: BGU 1011 II 14 (s. II. a. Chr.).

quattuor optativi exeunt in -αι: ὑποδείξαι ante vocalem:

---

1) Cf. Mayser p. 99.

2) Cf. Mayser p. 87 ss.

3) Ad hanc formam in editione huius chartae habes adnotationem: „Beim Absterben des Optativs ist diese Form recht auffällig. Sollte vielleicht getrennt werden ποιήσ(ε)ι ἐναπολέγεσθαι?“ quae sententia aliis exemplis optativi aoristi refellitur.

Par. 64 (c. 160 a. Chr.). ἐπιχωρῆσαι ante consonantem: Taur. I 7, 24 (Ptol. t.). κελεύσαι ante vocalem: BGU 1022, 22 (196 p. Chr.). θελῆσαι ante consonantem: Oxyrh. VI 893, 7 (s. VI./VII.).

I. pers. sing.:

semel ἐπείπαιμι: Par. 63, 115 (165 a. Chr.).

II. pers. sing.:

novies ποιήσαις: Petr. II 4 (2) 8. II 4 (4) 7 (255 a. Chr.). II 9 (3) 6 (240 a. Chr.). II 13 (2) 3 (255 a. Chr.). II 14 (2 a) 1. II 23 (4) 1 (s. III. m. a. Chr.). Hib. 64, 9. 65, 14 (265 a. Chr.). 66, 3 (228 a. Chr.). ἐπερωτήσαις: Petr. II 17 (1) 20 (c. 250 a. Chr.). χρηματίσαις: Petr. II 14, 1 a 7 (s. III. m. a. Chr.). κελεύσειας: Lips. 38, 1, 3 (390 p. Chr.)[1].

opt. aor. II. act.

septies συμβαίη sive συμβαίηι[2]): Lips. 29, 5 (295 p. Chr.). Par. 21, 45. 21, 51. 21 bis 24. 21 bis 28 (616 p. Chr.). p. 255, 24 (600 p. Chr.). Grenf. I 62, 29 (s. VI./VII.).

ter θείηι[2]): Taur. I 7, 19. I 8, 24 (Ptol. t.). Par. 15, 59 (120 a. Chr.).

ter τύχοι: Petr. II 18 (2 b) 15 (246 a. Chr.). Tebt. 24, 65 (117 a. Chr.). Fay. I 136, 10 (s. IV. p. Chr.).

bis δοῖ: Lugd. D 1, 11 (162 a. Chr.). Dresd. p. 277, 5 (s. III. a. Chr.).

bis δοίη sive δόη[3]): Vindob. I 4 (s. III. a. Chr.). Lond. 113, 1, 21 (s. VI. p. Chr.).

uno tantum loco exstant formae: ἀποδοίην: Flor. 94, 14 (491 p. Chr.). διαλάβοις: Par. 64, 43 (160 a. Chr.). εἴποι: Oxyrh. III 472, 20 (c. 130 p. Chr.). εἰσέλθοις: BGU 814 (s. III. p. Chr.). ἐπέλθοις: BGU 93, 9 (s. II./III.). καταλάβοιμι: Lond. 213, 8 (s. III. p. Chr.). καταμάθοιεν: Fay. I 20, 19 (s. III./IV.). καταφύγοι: BGU 983, 4 (s. II. m. p. Chr.). μάθοιμι: Genev. 1, 15 (158 p. Chr.). μεταλάβοις: Par. 64, 37 (160 a. Chr.). παραβαίη: Lond. 483, 85 (616 p. Chr.). παράσχοιεν: Coll. Joug. I 6 (s. IV. p. Chr.). παρασταίη: Stud. pal. V 6, 15. παρίδοιεν: CPR 233, 5

1) Praeterea BGU I 361 III 23 (184 p. Chr.) supplendum videri μάτην ἂν ζητ]ήσεια[ς monet Brinkmann.

2) Cf. quae supra p. 11, 4 de εἴηι forma adnotavi.

3) De forma δόη pro δοίη cf. Mayser p. 108 § 15.

(314 p. Chr.). προαγάγοις: Oxyrh. I 67 (338 p. Chr.). προσαγάγοι: Coll. Joug. III 10 (s. IV. p. Chr.). σχοίης: Oxyrh. VI 939, 10 (s. IV. p. Chr.).

opt. aor. I. med. duo: ἐργάσαιτο: Genev. 76, 18 (s. III./IV.). χρήσαιντο: Lond. 1178, 23 (194 p. Chr.).

opt. aor. II. med.:

duodecies γένοιτο: Oxyrh. I 118, 38 (s. III. p. Chr.). II 237, 8, 31. II 237, 8, 39 (186 p. Chr.). VI 925, 7 (s. V./VI.). Petr. III 42 H (8) f 16 (s. III. m. a. Chr.). Lips. 64, 36 (368 p. Chr.). Par. 39, 15 (161 a. Chr.). 64, 9 (c. 160 a. Chr.). Lond. 1032, 9 (s. VI./VII.). 1164 (k) 22. 1164 (k) 25 (212 p. Chr.). BGU 1108, 11 (s. I. p. Chr.).

semel ἀντιλάβοιντο: Peyron. D 13 (Ptol. t.).

semel παραγένοιντο: Stud. pal. I p. 1, 13 (s. II. a. Chr.).

opt. aor. I. pass.:

decies quinquies βουληθείης sive βουλληθείης sive βοληθείης[1]: BGU 363, 15. 795, 3. 796, 3. 797, 4 (Byz. t.). 943 (389 p. Chr.). Hern. II 19, 21 (s. IV. p. Chr.). Par. 21, 31 (616 p. Chr.). 21 bis 18 (600 p. Chr.). Lond. 234, 17 (c. 346 p. Chr.), quo loco exstat forma βουληθίης. 991, 15 (s. VI. p. Chr.). 1023, 5 (s. V./VI.). 1319, 12 (545 p. Chr.). Stud. pal. I p. 7 II 21 (456 p. Chr.). II 134, 4 (Byz. t.). II 255, 4, quo loco exstat βουληθείοις pro βουληθείης.

decies βουληθείη: Fay. II 38 app. 574, 2 (s. IV./V.). Amh. II 149, 16 (s. VI. p. Chr.). Flor. 93, 23 (569 p. Chr.). Grenf. II 89, 4. II 90, 11 (s. VI. p. Chr.). Lond. 483, 41. 483, 43. 483, 45. 483, 77 (616 p. Chr.). 1005, 13 (598 p. Chr.).

sexies εὑρεθείη sive εὑρηθείη: εὑρεθείη: Tebt. 335, 9 (s. III. m. p. Chr.). Lond. 999, 11 (538 p. Chr.). BGU 401, 16 (618 p. Chr.). εὑρηθείη: Lond. 483, 31 (616 p. Chr.). Flor. 65, 14 (c. 570 p. Chr.). Stud. pal. II 134, 5 (Byz. t.).

quinquies βουληθείητε: Hern. II 3, 21 (s. IV. p. Chr.). Amh. II 149, 22 (s. VI. p. Chr.). Fay. II 25, 7 (s. IV. p. Chr.). BGU 304, 18 (Arab. t.). Stud. pal. II 428, 5 (s. VI. p. Chr.).

bis ὀφθείης: Lips. 64, 35 et 46 (368 p. Chr.).

---

1) De ο vocali pro ου diphthongo cf. Mayser p. 116, Crönert p. 129 ss.

semel exstant hae formae: ἀδικηθείη: BGU 983 (s. II. m. p. Chr.). ἀποκατασταθείη: Rein. 17, 15 (109 a. Chr.). ἀπολειφθείήν (pro ἀπολειφθείη): Lips. 55, 12 (c. 375 p. Chr.), quae forma in conspectu insequenti III. personae sing. attributa est. ἀποδειχθείη: BGU 401, 18 (618 p. Chr.). ἀφαιρεθείητε (scriptum ἀφερετείητε) BGU 74, 9 (167 p. Chr.). βιασθεῖεν: Fay. I 20, 2 (s. III./IV.). δυνηθείην: Oxyrh. II 237, 4, 12 (186 p. Chr.). δυνηθείης: Oxyrh. VI 939, 15 (s. IV. p. Chr.). ἐνσχεθείην: Lond. 301, 15 (138—161 p. Chr.). ἐντευχθείη: Coll. Joug. III 11 (s. IV. p. Chr.). ἐπιχειρηθείη: CPR 232, 35 (s. II./III. p. Chr.). εὑρεθείην: Lond. 77, 49 (s. VIII. p. Chr.). καταγνωσθείη: BGU 401, 14 (618 p. Chr.). κληθείη: Lips. 54, 12 (376 p. Chr.) λυπηθείης: Par. 64, 38 (160 a. Chr.).

opt. aor. II. pass.:

quater φανείην: Oxyrh. I 83 (327 p. Chr.). VI 902, 9 (465 p. Chr.). I 136, 33 (583 p. Chr.). Lips. 103, 12 (Arab. t.).

quater φανείη: BGU 243 (186 p. Chr.). Oxyrh. II 237, 5, 8 (186 p. Chr.). I 136, 36 (583 p. Chr.). Lond. 991, 19 (s. VI. p. Chr).

semel ἐμφανείη: Lond. 77, 59 (s. VIII. p. Chr.).

opt. perf. act:

semel συντεθεικὼς εἴης: Petr. II 20, 3, 7 (252 a. Chr.).

opt. perf. pass.:

semel γεγραμμένα εἴηι: BGU 326 I 14 (c. 190 p. Chr.).

opt. fut. act.:

semel ἀσθενήσοιμι: Grenf. I 60, 40 (581 p. Chr.).

Omnium optativorum, quos enumeravi, sunt:

I. pers. sing. . . .	26
II. pers. sing. . . .	47
III. pers. sing. . . .	196
I. pers. plur. . . .	10
II. pers. plur. . . .	10
III. pers. plur. . . .	15
omnino	304

Hi 304 optativi in tempora et genera verbi hoc modo distribuuntur:

	act.	med.	pass.	omnino
praes.	143	20	—	163
aor. I	26	2	53	81
aor. II	34	14	9	57
perf.	1	—	1	2
futur.	1	—	—	1
omnino	205	36	63	304

Stirpes verborum, quorum optativi exstant, sunt:

	Praes.		Aor.		Perf.		Futur.		omnino
	act.	med. pass.	act.	med. pass.	act.	med. pass.	act.	med. pass.	
1. εἶναι	99	—	—	—	—	—	—	—	99
2. βούλεσθαι	—	2	—	30 pass.	—	—	—	—	32
3. γίγνεσθαι	—	12	—	13 med.	—	—	—	—	25
4. ἔχειν	16	—	2	1 pass.	—	—	—	—	19
5. ποιεῖν	—	—	11	—	—	—	—	—	11
6. διδόναι	5	—	5	—	—	—	—	—	10
7. βαίνειν	1	—	8	—	—	—	—	—	9
8. φαίνεσθαι	—	—	—	9 pass.	—	—	—	—	9
9. εὑρίσκειν	1	—	—	7 pass.	—	—	—	—	8
10. χαίρειν	6	—	—	—	—	—	—	—	6
11. τυγχάνειν	2	—	3	1 pass.	—	—	—	—	6
12. λαμβάνειν	1	—	3	1 med.	—	—	—	—	5
13. δοκεῖν	2	—	2	—	—	—	—	—	4
14. δύνασθαι	—	2	—	2 pass.	—	—	—	—	4
15. τιθέναι	—	—	3	—	1	—	—	—	4
16. ἄγειν	—	1	2	—	—	—	—	—	3
17. δεικνύναι	—	—	2	1 pass.	—	—	—	—	3
18. ἐπιχειρεῖν	1	—	1	1 pass.	—	—	—	—	3
19. ὁρᾶν	—	—	1	2 pass.	—	—	—	—	3
20. ἀδικεῖν	1	—	—	1 pass.	—	—	—	—	2
21. εἰπεῖν	—	—	2	—	—	—	—	—	2
22. ἔρχεσθαι	—	—	2	—	—	—	—	—	2
23. θέλειν	1	—	1	—	—	—	—	—	2
24. κελεύειν	—	—	2	—	—	—	—	—	2
25. μανθάνειν	—	—	2	—	—	—	—	—	2
26. χαρίζεσθαι	—	2	—	—	—	—	—	—	2
27. αἱρεῖν	—	—	—	1 pass.	—	—	—	—	1
28. ἀπολλύειν	—	1	—	—	—	—	—	—	1
29. ἀσθενεῖν	—	—	—	—	—	—	1	—	1
30. βάλλειν	1	—	—	—	—	—	—	—	1
31. βιάζειν	—	—	—	1 pass.	—	—	—	—	1
32. γιγνώσκειν	—	—	—	1 pass.	—	—	—	—	1
33. γράφειν	—	—	—	—	—	1 pass.	—	—	1
34. δεῖν	2	—	—	—	—	—	—	—	2
35. ἐργάζεσθαι	—	—	—	1 med.	—	—	—	—	1

	Praes. act.	Praes. med. pass.	Aor. act.	Aor. med. pass.	Perf. act.	Perf. med. pass.	Futur. act.	Futur. med. pass.	omnino
36. ἐρωτᾶν	—	—	1	—	—	—	—	—	1
37. ἱστάναι	—	—	1	1 pass.	—	—	—	—	2
38. καλεῖν	—	—	—	1 pass.	—	—	—	—	1
39. λέγειν	1	—	—	—	—	—	—	—	1
40. λείπειν	—	—	—	1 pass.	—	—	—	—	1
41. λυπεῖν	—	—	—	1 pass.	—	—	—	—	1
42. μέλειν	1	—	—	—	—	—	—	—	1
43. μέλλειν	1	—	—	—	—	—	—	—	1
44. παραμελεῖν	—	—	1	—	—	—	—	—	1
45. πιστεύειν	—	—	1	—	—	—	—	—	1
46. ὑστερεῖν	—	—	1	—	—	—	—	—	1
47. ὑψοῦν	1	—	—	—	-	—	—	—	1
48. φεύγειν	—	—	1	—	—	—	—	—	1
49. χρῆσθαι	—	—	—	1 med.	—	—	—	—	1
50. χρηματίζειν	—	—	1	—	—	—	—	—	1
51. χωρεῖν	—	—	1	—	—	—	—	—	1
	143	20	60	78	1	1	1	—	304

De usu formarum haec dicenda esse videntur:

1. Verba in conspectu enumerata sunt ea, quae in sermone volgari saepissime usurpantur, quod dici potest etiam de iis verbis, quorum optativus semel tantum usurpatur, quae sunt verba βάλλειν, θέλειν, λέγειν etc.

2. Quod ad verba contracta attinet, optativus praes. act. verborum in -έω desinentium (ἀδικέω, δέω, δοκέω, ἐπιχειρέω) quater, in -όω desinentium (ἀνυψόω) semel, eorum, quae in -άω desinunt, nullo loco invenitur.

3. Verborum, quae in -μι exeunt, sex exstant optativi: δείκνυμι, δίδωμι, δύναμαι, εἰμί, ἵστημι, τίθημι. Horum inveniuntur omnino 122 formae, quae in praesens, aoristum, perfectum ita distribuuntur, ut sint

praesentis 106:

74 εἴη, 13 εἴην, 8 εἴημεν, 2 εἴησαν, 1 εἴης et εἶεν, 3 διδοῖ, 1 ἀποδιδῖ (pro ἀποδιδοῖ), διδοίη, δύνεσθε (pro δύναισθε), δύναιντο.

aoristi 15:

3 θείη, 2 δοῖ et δοίη, 1 ἀποδοίην, ἐπιδείξειεν, ὑποδείξαι, ἀποδειχθείη, ἀποκατασταθείη, δυνηθείην, δυνηθείης, παρασταίη.

perfecti 1:

semel συντεθεικὼς εἴης.

4. Optativi praesentis, ut e conspectu apparet, sunt omnino 163, aoristi 138, ita ut optativi aoristi rarius quam praesentis usurpati esse videantur. Sed hoc in numero optativorum praesentis considerandum est hos optativos maxima e parte formas verbi εἶναι esse, cuius verbi 99 optativi inveniuntur. His 99 formis omissis restant 64 optativi praesentis, ut appareat aoristum usitatiorem esse quam praesens. Accedit quod tempora singularum chartarum, in quibus optativi variorum verborum praeter εἶναι verbum inveniuntur, consideranti apparet quo iuniores sint singulae chartae eo minus optativum praesentis exstare, ut elucet ex hoc conspectu:

tempus	praes	aor.
a. Chr. n.	31	32
s. I p. Chr. n.	1	1
s. II p. Chr. n.	10	13
s. III p. Chr. n.	9	10
s. IV p. Chr. n.	13	30
s. V p. Chr. n.	—	6
s. VI p. Chr. n.	—	23
s. VII p. Chr. n.	—	19
s. VIII p. Chr. n.	—	4
omnino	64	138

Quo ex conspectu patet optativum praesentis inde a quarto saeculo p. Chr. n. omnino non inveniri. Huc addam 46 optativorum, qui ex initio sexti p. Chr. n. saeculi usque ad octavum saeculum inveniuntur, 41 in quattuor tantum stirpes verborum distribui idque ita, ut verbi βούλεσθαι 23, verbi βαίνειν 7, verbi εὑρίσκειν 6, verbi φαίνεσθαι 5 optativos habeas.

5. Optativi perfecti, id est participium perfecti cum verbi substantivi optativo iunctum, quod iam optimis Graeci sermonis temporibus optativo perfecti substitui coeptum est, duobus tantum locis, optativus futuri uno loco exstant, ut dici possit optativos horum duorum temporum fere evanuisse [1]).

1) Cf. Blass l. c. § 14 et Mayser p. 327.

Hoc loco formas optativi aoristi εἰσπορευσάμενοι εἴησαν Par. 35, 29 (163 a. Chr.) et περιλύσασα εἴης Lond. 1168, 43 (18 p. Chr.) commemorare liceat quae simili ratione qua optativus perfecti formatae sunt [1]).

6. Omnium optativorum, quos, ut in conspectu ostendi, 304 inveni, sunt 205 optativi activi et tantum 36 medii, pro magno numero optativorum activi perquam parva pars.

De ratione, qua optativi singulorum verborum comparati sunt, haec notatu digna esse videntur:

1. Verborum contractorum, quae in -έω exeunt, hi optativi praesentis exstant: ἀδικοῖ (s. III. a. Chr.), δοκοῖ (303 p. Chr.), δοκοίη (s. IV. p. Chr.), ἐπιχειροίη (165 a. Chr.), ut discrimen in eorum usu non appareat. A δεῖν verbo legitime derivatur δέοι (s. IV. p. Chr.). Unus optativus verbi contracti in -όω cadentis adhibetur: ἀνυψῖ (pro ἀνυψοῖ) (s. IV. m. p. Chr.).

2. In optativis III. pers. sing. aor. I. act., qui omnino 13 sunt, inveniuntur formae aut in -ειε(ν) aut in -αι exeuntes. Formae, quae in -ειε(ν) exeunt, 9 exstant: πιστεύσειεν [2]) (s. II. a. Chr.), δόξειε (266 p. Chr.), δόξειεν (303 p. Chr.), ποιήσειεν (s. III./IV.) et (330 p. Chr.), ἀφυστερήσειεν (345 p. Chr.), ἐπιδείξειεν (s. IV. p. Chr.), παραμελήσειεν (s. IV. p. Chr.), ἐπιχειρήσειεν (s. VI. p. Chr.); 4 in -αι exeunt: ἐπιχωρῆσαι (Ptol. t.), ὑποδεῖξαι (160 a. Chr.), κελεύσαι (196 p. Chr.), θελῆσαι (s. VI./VII.). Itaque in usurpandis his formis nulla certa ratio conspicitur. Nam optativi in -ειε(ν) et in -αι desinentes et ante vocalem et ante consonantem inveniuntur velut δόξειε ante consonantem, δόξειεν ante consonantem, ἐπιδείξειεν ante vocalem, ἐπιχωρῆσαι ante consonantem, κελεύσαι ante vocalem. Formae in -ειεν desinentes una excepta in chartis p. Chr. n. scriptis usurpantur, cum formae in -αι cadentes in saecula ante et post Chr. n. pariter distributae sint. Cum autem duae tantum terminationes -αι temporibus p. Chr. n. exstent, apparet hanc terminationem his temporibus -ειεν terminationi cessisse, qua de re dicit Croenert l. c. p. 212 ignotam fere fuisse Romanorum aetate terminationem -αι.

---

1) Cf. K. G. I 38 adn. 3. Alia exempla participii aor. cum verbo substantivo coniuncti affert W. Fritz l. c. p. 102.

2) Cf. Mayser p. 326.

3. Uno loco, Par. 63 (165 a. Chr.) inveni optativum verbi εἰπεῖν ad similitudinem aoristorum primorum q. d. formatum ἐπείπαιμι, cum alibi, Oxyrh. III 472, 20 (c. 130 p. Chr.) forma εἴποι occurrat. Haec commutatio autem iam prius quam in κοινῇ dialecto facta est. Iam apud Atticos formae εἶπας, εἴπατε, εἰπάτω usitatiores erant, cum 1. pers. sing. εἶπα magis Ionicae dialecti esset[1]). Vide etiam Dieterich, Untersuchungen p. 237: „Die ältesten, bereits attischen Beispiele sind εἶπα und ἤνεγκα; in der κοινή gewinnt die Endung α stark an Boden.“

4. Optativi verborum in -μι exeuntium maxima e parte ad veterem modum comparati sunt velut εἴην, εἴημεν, εἴησαν, εἶεν; διδοίη, δοίη; δύναισθε, δύναιντο; θείη etc. Solius verbi δίδωμι nonnullis locis leguntur formae, quales διδοῖ et δοῖ. Verbi εἶναι III. pers. plur. opt. praes. Ptolemaeorum temporibus semper εἴησαν formatur, numquam εἶεν (cf. Mayser p. 326). Posteris autem temporibus semel exstat forma εἶεν BGU 113, 4 (143 p. Chr.) in structura ἢ εἴ τινες ἄγαμοι εἶεν.

5. Exstat omnino uno tantum loco III. pers. plur. aor. I. pass. Forma verbi βιάζειν est, quae non in -είησαν, sed in -εῖεν exit: βιασθεῖεν Fay. I 20, 2 (s. III./IV.). Terminatio -εῖεν usitata est antiquioribus Graeci sermonis temporibus, cum Alexandrinorum aevo terminatio -είησαν paulo crebrius quam antea occurrat[2]). Quod imperatorum Romanorum aetate rursus vetustae formae usurpantur, inde sine dubio explicatur, quod regnante Atticismo eae in scholis grammaticorum discebantur. Quamquam in tabula scholica a Kenyone edita (Journal of Hell. Studies XXIX p. 30) ut νικῆσαι ita νικηθείησαν legitur (cf. Brinkmann m. Rh. 65, 151).

---

1) Cf. G. Meyer, Gr. Gr. § 477 et 524. Wackernagel, Verm. Beiträge z. gr. Sprachkunde p. 48. Mayser p. 331. 362.

2) Cf. K. Bl. I 2, 55. Crönert, Mem gr. Herc. p. 218. Reik p. 6 sq.

B. De syntaxi optativi.

Postquam de formis optativi dictum est, nunc accedam ad quaestionem de usu optativi habendam, quae ipsa quoque tripartita est. Nam quaerendum est primum (I), quo modo optativus ut modus primarius, secundum (II) ut modus secundarius, tertium (III) in sententiis condicionalibus usurpetur. Praemittendum est non omnes formas in capite primo enumeratas in hoc capite afferri propterea, quod nonnullae chartae adeo corruptae sunt, ut quomodo in iis optativus usurpatus sit, dici non possit. Velut optativi βουλοίμην BGU 1011, βουληθείη Fay. II 38 app. 574, 2, ἀφαιρεθείητε BGU 74, 9, συμβαίνοι BGU 74, 15 aliorum ratio non iam perspicitur.

I. Optativus ut modus primarius:

a) Optativus desiderativus.

Singulas chartas percontanti saepenumero hic modus desiderativus occurrit, quo exprimitur aliquid optari. Initio epistularum privatarum sex locis invenitur optativus χαίροις: Lond. 144 (s. I. p. Chr.); Oxyrh. III 526, 1. Oxyrh, VI 933, 1 (s. II. p. Chr.); Tebt. 417 (s. III. p. Chr.); BGU 931 (s. III./IV.); Oxyrh. I 112 (s. IV. p. Chr.). Loco huius optativi imperativus χαῖρε sex locis adhibetur: Par. 50, 3 (160 a. Chr.); Rein. 48, 1 (s. II. p. Chr.); BGU 821, 1 (s. II. p. Chr.); 435, 1 (s. II./III.); Fay. I 129, 1 (s. III. p. Chr.). Lond. 899, 1 (s. II. p. Chr.). In aliis epistulis optativo ea exprimuntur, quorum litteras recipientem participem fieri scriptor cupit.

διδοῖ σοι ὁ Σάραπις καὶ τῇ Ἴσι[1]) ἐπαφροδισίαν χάρειν μορφὴν Par. 30 (162 a. Chr.). δοῖ σοι ὁ Σάραπις καὶ ἡ Εἶσις ἐπαφροδισίαν κτέ. Dresd. p. 277, 5, eadem Lugd. D 1, 10 et E (162 a. Chr.). Τούτου γὰρ γενομένου χάριν ὁ Σάραπις καὶ ἡ Εἶσις διδοῖ ὑμῖν Par. 31 (162 a. Chr.). Ὁ Σάραπις διδοῖ σοι

1) De hac forma dicit Wessely, Die griech. Papyri Sachsens p. 279: „formell steht der Dativ da; vielleicht haben wir aber hier die mit dem aegypt. Artikel (art. fem. ta) verbundene Form zu erkennen; vgl. Ποσεραπι = p. Σεράπι aegyptisierend für Σεραπείῳ.“ Multo probabilius est scribentem voluisse ⟨σὺν⟩ καὶ τῇ Ἴσι. Exemplum Leidense praebet ἡ Ἴσις.

χάρειν καὶ μορφὴν πρὸς τὸν βασιλέα Peyron. 15, 57 (Ptol. t.). δόη δέ σοι ὁ Σέραπις — Vindob. I 4 (s. III. a. Chr.). καὶ ὁ θεὸς ἀποδιδῖ [pro ἀποδιδοῖ] σοι πρὸς τὴν ἐλεημωσύνην σου καὶ ἀνυψῖ (pro ἀνυψοῖ) σε εἰς τὰ μ... ωνα (suppl. μείζωνα) Genev. 51, 26 (s. IV. p. Chr.).

μηδὲν ἀντιπεσόν σοι γίνοιτω Par. 30, 25 (162 a. Chr.), similia leguntur Dresd. p. 277, 12 Lugd. D 1, 21 quae eiusdem epistulae diversa sunt exempla (cf. Wessely Ber. d. sächs. Ges. 37, 278). σοὶ δὲ γίνοιτο εὐημερεῖν παρὰ τῶι βασιλεῖ τὸν ἅπαντα χρόνον Peyron. V 29 (Ptol. t.). ὑμῖν δὲ γίνοιτο κρατεῖν πάσης ἧς ἂν αἱρεῖσθε χώρας Par. 26, 50 (c. 163 a. Chr.). ὑμῖν δὲ γίνοιτο πᾶν ὃ ἂν ἐπιβάλλησθ' ἐπιτυγχάνειν Par. 29, 25 (c. 160 a. Chr.). ὑμῖν δὲ γένοιτο κρατεῖν πάσης ἧς ἂν αἱρῆσθε χώρας **Par.** 39, 15 (161 a. Chr.).

Etiam in scriptis publicis optativus ut modus desiderativus usitatus est. Imprimis si quid iureiurando affirmatur, saepenumero optativus adhibitus est, quo iure iurando servato ut res bene, non servato male cedat optatur. Hi optativi maxima e parte locutiones usitatissimas efficiunt:

εὐορκοῦντι μέν μοι εὖ εἴη, ἐφιορκοῦντι δὲ τὰ ἐναντία Eleph. 23, 18 (223 a. Chr.). Petr. II 46a 5 (200 a. Chr.). Tebt. 78, 17 (c. 110 a. Chr.). 210 (106 a. Chr.). 282, 10 (s. II. a. Chr.). Oxyrh. II 240, 8 (37 p. Chr.). II 253, 22 (19 p. Chr.). II 259, 20 (23 p. Chr.). II 260, 16 (59 p. Chr.). Amh. II 68, 35 (s. I. p. Chr.). Lond. 181a 15 (64 p. Chr.). Flor. 79, 25 (60 p. Chr.). εὐορκούσῃ μέν μοι εὖ εἴηι, ἐπιορκούσῃ δὲ τὰ ἐναντία Oxyrh. II 251, 25 (44 p. Chr.). II 255, 23 (48 p. Chr.)[1]). II 263, 16 (77 p. Chr.). Similia sunt, quae in nonnullis chartis occurrunt, cum is, qui iurat, sibi ipse rem male cedere cupit, si periurus erit. Locutiones semper fere eaedem sunt. Primum exstat ὀμνύω, quo e verbo pendet infinitivus, tum sequitur ἢ ἔνοχος εἴην τῷ ὅρκῳ. Ita est in Flor. 34, 7 ss. (342 p. Chr.). 75, 23 (380 p. Chr.). Lips. 45, 20 (371 p. Chr.). 55, 12 (375—379). 121, 13 (c. 151 p. Chr.)[2]). Fay. I 24, 17 (158 p. Chr.). BGU 649

---

1) Hoc loco cum de femina agatur, alterum participium in femininum genus mutari neglectum est: εὐορκούσῃ μέν μοι εὖ εἴηι, ἐπιορκοῦντι δὲ τὰ ἐναντία, cf. Brinkmann ap. Gradenwitz. Einf. p. 42.

2) Hoc loco εἰ pro ἢ invenitur, cf. Mayser p. 77.

(188 p. Chr.). Oxyrh. I 82, 7 (s. III. p. Chr). II 239, 12 (66 p. Chr.). II 257, 44 (94—95). III 480, 16 (132 p. Chr.). Stud. pal. II p. 27, 15 (s. III p. Chr.). Grenf. II 62, 12 (211 p. Chr.)[1]). Eaedem locutiones, in quibus pro I. pers. sing. apparet I. pers. plur., ita ut exstent verba ὀμνύομεν —, ἢ ἔνοχοι εἴημεν τῷ ὅρκῳ inveniuntur in BGU 647, 15 (130 p. Chr.). Tebt. 293, 22 (187 p. Chr.). Oxyrh. IV 715, 31 (131 p. Chr.). VI 897, 16 (346 p. Chr.). Amh. II 139, 20 (350 p. Chr.). II 140, 18 (349 p. Chr.). Lips. 54, 16 (376 p. Chr.). Lond. 1247, 16 (345 p. Chr.). Semel exstat ὀμνύω — ποιήσασθαι — καὶ παραδώσω —, ἢ ἐνσχεθείην τῷ ὅρκῳ Lond. 301, 15 (c. 150 p. Chr.).

Quod Blass l. c. § 66, 1 de libris novi testamenti monuit in exsecrationibus saepe imperativum optativi vicem tenere, idem etiam in chartis occurrit velut: εὐορκοῦντι ἔστω μοι εὖ, ἐφιορκοῦντι δὲ ἐναντία BGU 543, 13 (28--27 a. Chr.). Semel exstat infinitivus: Οὐαλεριανὸς . . . . . διομνύοντα [pro διομνύων] τὸν προκίμενον ὅρκον —, ἢ ἔνοχος εἶναι τῷ ὅρκῳ BGU 647, 26 (130 p. Chr.). Multo saepius autem legitur futurum, ἢ ἔνοχος ἔσομαι sive ἔνοχοι ἐσόμεθα. Sunt exempla haec: Lips. 46, 17. 47, 15. 48, 18. 49, 19. 50, 16. 51, 17. 52, 16. 53, 16. (omnes c. 372 p. Chr.). 56, 21 (398 p. Chr.). 57, 33 (261 p. Chr.). Cair. 12 (340 p. Chr.). BGU 21, 13 (340 p. Chr.). Lond. 974, 1, 8. 974, 2, 10 (305 p. Chr.). 1249, 12 (345 p. Chr.). Similia sunt: ὀμνύομεν cum infinitivo, ἢ ἡμεῖς ὑποστήσομεν τὸν ὑπὲρ αὐτῶν λόγον Cair. 14 (343 p. Chr.). ὀμνὺς cum infinitivo, εἰ δὲ μὴ παριστῶ, ἐγὼ ὁ αὐτὸς ὑπεύθυνος ἔσομαι τοῖς πρὸς αὐτὸν ζητουμένοις Grenf. II 79, 1, 10 (s. III. p. Chr.) Flor. 32 a, 14. 32 b, 16 (298 p. Chr.). BGU 936, 13 (426 p. Chr.).

Etiamsi igitur locutiones εὐορκοῦντι — εὖ εἴη et ἢ ἔνοχος εἴην satis firmae esse videntur, tamen magna e parte optativo alii modi substituti sunt. Nam cum in 37 locutionibus optativum habeas, iam in 22 locutionibus optativus evanuit.

Multa testamenta incipiunt ab optativo, quo voluntas eius, qui testamentum componit, exprimatur. Etiam hic modus voluntatis exprimendae locutio fere firma est: εἴη μέμ [sive μέν] μοι ὑγιαίνοντι τὰ ἐμαυτοῦ διοικεῖν, ὡς ἐγὼ θέλω Petr. I

1) Hoc loco ἶ ἔνοχος ἴην exstat, qua de scriptura cf. Mayser p. 82 et 87 ss.

[33] 11 (s. III. a. Chr.). Idem exstat, sed ita, ut interdum dativo ὑγιαίνοντι accusativus ὑγιαίνοντα substituatur in his chartis aevo Ptol. et primo post Chr. saeculo exaratis: Petr. I [40] 13, 3. I [43] 14. I [45] 15. I [47] 16, 1. I [49] 17, 1. I [49] 17, 2. I [51] 18, 1. 18, 2 (omnes 237 a. Chr.). I [54] 19. I[57] 20, 2 (225 a. Chr.). I [59] 21 (237 a. Chr.). III 10, 5. 11, 17. 13(a)26 (Ptol. t.). Lond. 219 b 5 (s. II. a. Chr.). Grenf. I 12, 16 (148 a. Chr.). I 21, 2 (126 a Chr.). Petr. I [37] 12, 4 (s III. a. Chr.). Oxyrh. I 104, 8 (96 p. Chr.).

In testamentis saeculi II. p. Chr. (Oxyrh. I 105. III 489. 490. 491. 492. 494. 495.) huic formulae alia substituitur, in qua infinitivus optativi loco ponitur ut ἐφ' ὃν μὲν περίειμι χρόνον, ἔχειν με τὴν κατὰ τῶν ἐμῶν ἐξουσίαν vel sim. Quae mutatio etsi alias quoque causas habet, nescio an etiam indicio sit tales locutiones tunc insolitas factas esse. Similiter igitur res se habet ut in salutandi formulis epistolaribus, v. p. 52 s. Vetusta tamen verba solemnia repetuntur in tribus testamentis recentioribus Lips. 29, 4 (295 p. Chr. ἑλληνικὸν βούλημα) et Stud. pal. I p. 6 I 8 (454 p. Chr.) et Lond. 77, 14 (s. VIII. p. Chr.): εἴη τοίνυν ἐμὲ ζῆν καὶ ὑγιαίνειν καὶ πάντων τῶν ἐμῶν μετρίων ἀπολαύειν.

In duabus pactionibus de matrimonio factis bis hae locutiones inveniuntur: συμφερομένων δ' αὐτῶν εἴη μὲν ὑγεία Oxyrh. III 496, 10 (127 p. Chr.) et III 497, 11 (s. II. p. Chr.).

In eodem enuntiato coniunctivus simul cum optativo ad exprimendam voluntatem usurpatur: καὶ μηδένα ἐπιτρέψῃς βίαν αὐτοῖς ποιεῖν, ἀλλὰ μέλοι πάσης τιμῆς καὶ εὐταξίας Genev. 62, 13 (s. IV. m. p. Chr.).

Alia exempla optativi desiderativi sunt: χρηματίσαις οὖν αὐτῶι ἄλλας Petr. II 14, 1 a 6 (s. III. m. a. Chr.). μηδὲ ἱλάονος τυχάνοι Ὀσεράπιος Vindob. I 8 (s. III. a. Chr.). In eadem charta inveniuntur l. 6: τῆς δὲ καταβοιῆς ἐνθῦτα [pro καταβοῆς ἐνθαῦτα] κειμένης κακῶς ἀπολλύοιτο. l. 11: μηδαμῶς ἱλαόνων τῶν θεῶν τυχχάνοι. εἴη οὖν καὶ εἰς τὸ λοιπὸν — εὐμενής Par. 63, 64 (165 a. Chr.). εἴη μὲν οὖν αὐτὴν ἀκολούθως ταῖς ἡγεμονικαῖς καὶ αὐτοκρατορικαῖς διατάξεσιν εὐγνωμονεῖν BGU 970 (c. 170 p. Chr.). καλῶς ποιήσεις διαπέμψας — ἐπέλθοις BGU 93, 6 (s. II./III.). καὶ εἴη διὰ παντὸς ἡμᾶς χάριτας ὁμολογοῦν-

τας διατελεῖν Oxyrh. VI 939, 6 (s. IV. p. Chr.). In eiusdem chartae linea 10 συγνώμην δὲ, κύριέ μου, σχοίης μοι exstat. ὁμολογῶ — ἐγγυᾶσθαι καὶ ἀναδεδέχθαι —, τοῦ λοιποῦ μὴ καταγνωσθείη μήτε κ(ρυ)πτῶς μήτε φανερῶς συνομέχων μετὰ Θεοδώρας BGU 401, 13 (618 p. Chr.). Solo verbo γένοιτο, quod invenitur sub finem chartae, exprimitur ea, quae in priore parte chartae dicta sunt, fieri desiderari Oxyrh. VI 925, 7 (s. V./VI.).

Idem optativus adhibetur ad exprimendam voluntatem in enuntiatis relativis: ἀξιοῦμέν σε ὡς καὶ ἐν ἄλλοις ἡμῖν ἀντείληφας, ἀνθ' ὧν ὁ Σάραπις καὶ Ἧσις ἀντιλάβοιντο καὶ σοί, καθ' ἣν ἔχεις εὐσεβείαν, μὴ ὑπεριδεῖν ἡμᾶς θλιβουμένους Peyron. D 12 (Ptol. t.). ἀπέστειλας χρηματίσας Μεννίδει ἔχον ὑπογραφὴν ἐπισκεψάμενον τὰ καθήκοντα ἀποδοῦναι, ἐφ' οἷς γίνοιτό σοι μὴ μόνον ἐφ' οἷς εἶ μένειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μείζονα προάγειν κτέ. Lond. 21, 14 (162 a. Chr.). δυνησόμεθα τὴν λειτουργίαν τῷ μεγίστῳ θεῷ Σαράπει ἐπιτελεῖν, ὅς διδοίη σοι μετὰ τῆς Ἴσιος νίκην Lugd. B 3, 16 (164 a. Chr.). καὶ ἐὰν ὃ [μ]ὴ γένο[ιτο] συμβῇ BGU 1108, 11 (s. I. p. Chr.). καὶ ἐάν, ὃ μὴ γείνοιτο, συμβῇ κτέ BGU 741 (c. 143 p. Chr.). ἐὰν δὲ, ὃ μὴ γείνοιτο, ἄβροχος γένηται κτέ. CPR 39, 22 (266 p. Chr.). Idem Stud. pal. V 119 II recto 22. V 119 VII r. 22 (s. II./III.). ἐὰν δὲ, ὃ μὴ εἴη, συμβαίη — Lips. 29, 5 (295 p. Chr.). Eadem locutio ὃ μὴ εἴη sive, qua locutione idem exprimitur, ὅπερ ἀπείη invenitur in Oxyrh. VI 910, 27 (197 p. Chr.). Grenf. I 56, 13 (536 p. Chr.). I 57, 11 (561 p. Chr.). Oxyrh. I 125, 16 (560 p. Chr.). Par. 21, 45 (616 p. Chr.). Par. p. 255, 24 [1]). Re vera his optativis id exprimitur, quod vox optativi significat. Hi igitur optativi sunt modi desiderativi, sive commodum sive detrimentum optatur. Optativus ut modus desiderativus invenitur omnino centies decies, id est in enuntiatis primariis nonagies quinquies et in enuntiatis relativis quinquies decies. Neque mirum est, quod hic optativus tam saepenumero exstare videtur. Nam maxima e parte hi optativi certas locutiones efficiunt: vicies bis εἴη μέν μοι ὑγιαίνοντι κτέ., vicies bis ἦ ἔνοχος εἴην sive sim., quindecies εὐορκοῦντι εὖ εἴη, septies σοι γίνοιτο sive γένοιτο, sexies διδοῖ σοι ὁ Σάραπις sive sim., sexies

1) Ubi editur ὅπερ ἀπερ[χθ]είη, legendum videtur ὅπερ {απερ}[ἀπ]είη.

χαίροις, bis εἴη ὑγεία, ita ut his locutionibus exceptis in enuntiatis primariis 15 optativi desiderativi et in enuntiatis relativis, in quibus 15 optativi eveniunt, quorum tamen 13 firmae locutiones ὃ μὴ εἴη sive γίνοιτο sive γένοιτο sunt, tantum 2 optativi desiderativi restent, quae pro permagno numero chartarum perquam parva pars est.

b) Optativus potentialis.

Proximum est, ut explicetur, qua ratione optativus potentialis usurpetur, idque ita, ut primum (α) de usu potentialis optativi in enuntiatis enuntiativis, secundum (β) de eiusdem usu in enuntiatis interrogativis non suspensis, tertium (γ) in enuntiatis relativis quaestionem habeam.

α) In enuntiatis enuntiativis primariis hic optativus exceptis enuntiatorum condicionalium, de quibus infra p. 38 ss. disseretur, apodosibus tribus tantum locis invenitur: τεκμήριον δὲ καὶ τούτων ἐκ τῶν γεγραμμένων σοι ὑπὸ Διονυσίου διαλάβοις ἄν, ὡς ἐν οὐδενὶ — γέγονεν Par. 64, 43 (160 a. Chr.). καὶ αὐτοὶ δύνεσθ' (pro δύναισθ') ἂν τοῦτο BGU 74 (167 p. Chr.). μᾶλλον γὰρ δὴ καὶ μᾶλλον οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγεμόνες καταμάθοιεν ἂν μεθ' ὅσης αὐτοὺς προθυμίας φείδεσθαι Fay. I 20, 19 (s. III./IV.).

β) In enuntiatis interrogativis non suspensis optativus potentialis duobus tantum locis exstat: ὥστε (i. e. igitur) καὶ παρὰ τίνος ἂν εἴποι τὴν πίστιν ἐσχηκέναι Oxyrh. III 472, 20 (c. 130 p. Chr.). τούτους πῶς οὐκ ἂν πολλῷ δικαιότερον — εἰς χαράν τε ὁμοῦ καὶ σπουδὴν προάγοιτο; Lips. 119 II 6 (274 p. Chr.).

γ) In enuntiatis relativis optativus potentialis uno tantum loco adhibetur: πέπεισαι — γράφειν, κἄν τί σοι προσπίπτηι περὶ τῶν ἐναντίων, ὧι πιστεύσειεν ἄν τις, διασάφει BGU 1011 II 14 (s. II. a. Chr.).

Invenitur igitur optativus ut modus potentialis omnino sex tantum locis. Exempla, in quibus hic optativus usurpatur, verborum sunt usitatissimorum ἄγειν, δύνασθαι, εἰπεῖν, λαμβάνειν, μανθάνειν, πιστεύειν. His exemplis accedunt pauca, quibus simplex optativus omissa ἄν particula[1]) legitur: οὕτως

1) Cf. p. 52.

γὰρ οἵ τε ὀνηλάται — ἀνανκασθήσονται καὶ ὑμῖς ἔχοιται (pro ἔχοιτε) τοὺς ὀνηλάτας φωρατήσασθαι BGU 15 II 24 (194 p. Chr.). Ut hic optativus iuxta futurum positus est, ita Genev. 76, 18 (s. III./IV.) plane futuri vicem explet simplex optativus: οὐ σοινέθετο (= συνέθετο) σύνφωνα. ἐργάσαιτο ἀλλὰ πρὸς ἡμέραν, ὥσας (pro ὅσας) ἂν δαπανήσῃ ἡμέρας, ἑκάστης ἡμέρας αἰτῶν δραχμὰς δώδεκα.

Non satis perspicua sunt verba: ἀλλὰ μὲν οὐθένα ἐπείπαιμι, πλὴν ὅτι ἕλκεσθαι βεβούλευται Par. 63, 115 (165 a. Chr.), sed videtur ἐπείπαιμι ⟨ἄν⟩ intellegendum esse.

Quod optativus potentialis cum ἄν particula coniunctus sexies tantum exstat, iam apertum est hunc optativum pro magno numero chartarum rarissime usurpari et plane in desuetudinem venire. Cuius locum indicativus explere solet, velut: πῶς δύναμαί σε ἐπιλαθεῖν; Oxyrh. IV 744, 12 (1 a. Chr.).

II. Optativus ut modus secundarius.

Chartae praebent usum optativi ut modi secundarii in enuntiatis suspensis, quae sunt a) enuntiata dicendi ex enuntiatis primariis suspensa, b) enuntiata interrogativa, quae pendent ex enuntiato primario, c) enuntiata finalia eaque quae pendent e verbo timendi, d) enuntiata relativa, e) enuntiata temporalia. Consentaneum est in his enuntiatis optativum etiam ut modum primarium adhiberi posse, quod valet de optativo desiderativo et potentiali in enuntiatis relativis usurpato, de quibus supra p. 27 et p. 28 dictum est.

a) In sententiis enuntiativis suspensis ex enuntiatis primariis optativus ut modus secundarius his locis adhibetur: τοῦ Ἑρμίου μηδεμίαν πρόκτησιν μηδ' ἄλλον χρηματισμόν, ὡς εἴηι αὐτοῦ ἤτοι προγονικὴ ἢ διαμφιζβητουμένη [1]) οἰκία, παρατιθεμένου κτέ. Taur. I 9, 6 (Ptol. t.), qua in charta non decerni potest, quale sit verbum finitum; locutio ὡς εἴηι pendet ex participio praesentis παρατιθεμένου, quod pro praeterito atque verbi dicendi instar esse e toto enuntiato apparet. πυθέσθαι περὶ τῆς ἐργολαβίας ἧς ἠρ[. . . . . . Ἀπολ|λώνιος ο τοὺς

---

1) Cf. de hac forma Mayser p. 204.

λίθους ἀναστείλαντος δ[. . . . .] ὅτι εἴη λυσιτελὴς ἡ ἐργολαβία κτέ. Petr. II 13, 6, 5 (258/53 a. Chr.), quae charta lacunis scatet. εἰσελθόντα εἰς τὸ ταμιεῖον — καὶ ἀναλαβόντα τὰ ἴδια ὑπομνήματα εὑρεῖν ὅτι ἐν τῆι θίβει [εν] εἴη τὸ ἀργύριον, ὃ ᾤοντο ἀπολωλέναι κτέ. Petr. III 51, 4 (s. III. a. Chr.). Quibus in exemplis optativus adhibetur ad exprimendam sententiam alicuius, de qua non decernitur, utrum vera sit necne. Hic optativus in chartis tantum saeculorum a. Chr. n. usurpatur. Temporibus p. Chr. n. hic optativus evanuit, quod imprimis elucet consideranti, quamvis optativus usurpari possit, tamen ei alium modum substitui in his exemplis: ὕβριν μοι ἐποίησαν εἰπόντες, ὅτι δεῖ σε παραστῆσαι αὐτοὺς κτέ. Lond. 342, 12 (185 p. Chr.). καὶ εἶπαν, ὅτι οὐδὲν ἔχει παρ' ἡμῶν Oxyrh. VI 903, 8 (s. IV. p. Chr.). εἶπαν, ὅτι οὐδὲν τῶν σῶν ἦρκεν ἀλλὰ σῶά ἐστιν πάντα τὰ σά eiusdem chartae l. 10. ἀπήντησεν —, ὅτι — ἐνέκλισεν, καὶ εἶπεν —, ὅτι — ἦλθας eiusdem chartae l. 12. ὡμολόγησεν αὐτὸς ὁ οἰκέτης, ὅτι ὁ μὲν — ἐκράτησεν, ἕτεροι ἐπῆλθον καὶ ἐτύπτησαν Lips. 40, 6 (s. IV./V.). ἐκάλεσεν —, λέγων ὅτ[ι] κρατήσῃ εἰς ἐξ ὑμῶν τὴν οὐσίαν τῆς μητρὸς ὑμῶν Oxyrh. I 131, 5 (s. VI./VII.), ubi κρατήσῃ futuri locum obtinet.

b) In enuntiatis interrogativis ex enuntiato primario suspensis. Optativus pro indicativo orationis rectae e tempore historico suspensus exstat in his exemplis: ὑπεδείξαμεν ταύτην τὴν ὠνὴν αἰτίᾳ, εἴ πως δύναιντο προσεπιδέξασθαί τι κτέ. Wilck. Act. XII 12 (Ptol. t.). Imprimis e voce πυνθάνεσθαι enuntiatum interrogativum suspensum est: ἐγὼ οὖν ἐπυνθανόμην τοῦ Σανῶτος, εἴ τι βούλοιτο ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς τόποις κτέ. Eleph. 13, 3 (223 a. Chr.). Σερηνιανὸς ἐπύθετο τῶν — ἱερογραμματέων, εἰ σημεῖον ἔχοι ὁ παῖς BGU 347 I 14, eadem verba repetuntur II 12 (170 p. Chr.).

In nonnullis exemplis, quae infra afferentur, enuntiatum interrogativum pendet e participio praesentis; sed cogitanti verbi primarii tempus praeteritum esse, apertum est haec participia praesentis vim temporum historicorum habere, quod valet de his exemplis: Ἀρφεβῆχις δὲ ἐρωτώμενος, ⟨πόσον⟩ εἰ⟨η⟩ [1]) αὐτὸς εἴη —, ἔφη κτέ. Petr. III 51, 9 (s. III. a. Chr.). κατέ-

---

1) I. e. ⟨πόσον⟩ et ⟨η⟩ ab ipso eo qui haec scripsit deleta sunt.

πλευσα εἰς Μέμφιν, πυνθανομένου δέ μου [τοῦ] παρ᾽ αὐτοῦ, ευ (i. e. εἴ) τι συντεθεικὼς αὐτῶι εἴης —, ἠξίωσα Petr. II 20, 3, 7 (252 a. Chr.). Πυνθανομένων δ᾽ ἡμῶν, τοῦ χάριν εἴησαν εἰσπορευσάμενοι, ἀπεκρίθησαν ἡμῖν φήσαντες ἐπ᾽ ἐνεχυρασίαν ἡκέναι Par. 35, 29 s. (163 a. Chr.). ἀπέστειλα σπουδάζων, εἴ πως ἐκ παντὸς τρόπου δυνηθείης — ἀφικέσθαι Oxyrh. VI 939, 15 (s. IV. p. Chr.). Addam exemplum, quod, quamquam lacunis valde corruptum est, tamen huc pertinere satis cognosci potest: δι᾽ ὧν ἄλλων ὡμολόγησεν μαρτύρων, [. . . . .]ενου ἐξηγητοῦ — καὶ Θέωνος, τίς εἴη Εὔπορος καὶ τίνος μητρὸς, καὶ οὕτως μαρτυροποίημα ποιῆσαι BGU 1093, 20 (265 p. Chr.). Habemus igitur octo sive novem tantum exempla optativi e tempore historico suspensi, qui indicativo substitutus est, quorum maior pars aevi Ptolemaeorum est. Indicativum autem praevalere apparet eo, quod tredecim exempla inveni, in quibus indicativus servatur: ἐπερωτώμενον τὸν κωμογραμματέα τίς ἐστιν —, ἀπελογίσατο Tebt. 61 (b) 290 (118 a. Chr.). δαινεκθέντες (pro διενεχθέντες) διὰ προγράμματα — διὰ τίνος καὶ ἀπὸ ποίου ἐπιδείγματος πεποίηκεν Tebt. 26, 17 (117 a. Chr.). παρεπιγεγραφότος σου πῶς ἐνεδέχετο Peyron. X 8. ἔκρεινε τὸν στρατηγὸν — ἐξετάσαι, εἰ — ἐγένετο Amh. II 68, II 48 (s. I. p. Chr.). ἐπισκεψάμενοι, εἴ εἰσιν Amh II 68, 3 (s. I. p. Chr.). ἐπύθετο, εἰ πατέρα ἔχουσιν Amh. II 65, 4 (s. II. p. Chr.). ἐπύθετο, εἴ τι τῶν εἰρημένων ἔγνωσαν Amh. II 66 I 20 et II 45 (124 p. Chr.). ἐκέλευσας — τὸν κωμογραμματέα προσφωνῆσαι, πότερός ἐστιν ὁ κτηνοτρόφος BGU 969, 10 (142 p. Chr.). ἔγραψάς μοι, πῶς ἔτυχεν κτέ. BGU 615, 23 (s. II. p. Chr.). οὐ γὰρ ἔγνων, τίς ἐστιν ὁ ἀνελθὼν Lips. 40 II 24. ἠξίωσα — λέγειν, τίνες τὴν ἐπήριαν ἐποίησαν Lips. 40 II 20 (s. IV./V.). ἐξέταζε, πῶς — ἐξεπήδησαν — καὶ εὑρέθη Grenf. I 53, 22 (Byz. t.).

Sed ut rarescit optativi obliqui usus Atticus, ita contra veterem consuetudinem hic optativus etiam praecedente tempore praesenti adhibetur. Quod fit in duabus chartis saec. IV. p. Chr.: ὁμολογεῖ δὲ καὶ τῆς δωρεᾶς μέρος τέταρτον καὶ ἀξιοῖ τὸ δικαστήριον ὁρίσαι, τίνι δέοι παρασχεθῆναι ἐξ ὀνόματος ἐκείνου Coll. Joug. II 3 (s. IV. p. Chr.). παρὰ Αὐρηλίου — ἐπιζητοῦντί σοι τίνες εἴησαν γεωργοὶ — ἐπιδίδωμι Lond. 1249, 5 (345 p. Chr.). Idem usus apud scriptores aetatis Romanae ob-

servatur (cf. Schmid Attic. IV 622), nondum tamen invenitur apud Philonem teste Reikio p. 117.

c) In enuntiatis finalibus[1]) iisque quae pendent e verbo timendi. In his enuntiatis optativus, cum exstat, coniunctivo substitutus est, quod antiquitus fiebat in iis enuntiatis, quae pendent e tempore praeterito. Sed in chartis inveniuntur etiam exempla, quorum verbum primarium est praesens tempus. Optativum habes in enuntiatis finalibus incipientibus a coniunctione

1. ἵνα:

α) cum verbum primarium praesens sit: ἵνα τοῦτο εἰδέναι ἔχοις, ἐπιστέλλεταί σοι Oxyrh. VI 89:, 16 (294 p. Chr.). ἵνα μὴ ὁ παῖς ὑπαναπεισθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀντιδίκου δοκοίη περιγραφήν τινα ὑπομένειν —, γίγνεσθαι, qui infinitivus exstat pro imperativo, Coll. Joug. II 18 (s. IV. p. Chr.). Optativus una cum coniunctivo exstat: ἵν' οὖν εἰδέναι ἔχοιτε καὶ ἤδη τοῦτον ἑλόμενοι φαναιρόν μοι καταστήσηται (pro καταστήσητε) Oxyrh. I 60, 9 (323 p. Chr.).

β) cum enuntiatum finale e praeterito pendeat: οὐδὲ γὰρ τοῦτό μοι σπουδαιότερον (sc. ἦν) ἐξ ἁπάντων χρηματίζεσθαι —, ἵνα ἐμοῦ καὶ τοῖς ἡγεμόσιν — κἀκείνοις συμβούλευμα εἴη ὡς μετριωτάτους παρέχειν αὐτούς Fay. XX 18 (s. III./IV.). ἀλλὰ μηδ' ἐπιτετροφέναι μοι ἐπὶ τὴν πρόνοιαν τῶν ὑπαρχόντων — κατὰ τὰ συνκείμενα, ἵνα τῷ Ἀσκλεπιάδῃ ἀποδιδόναι δυνηθείην Oxyrh. II 237 IV 12 (186 p. Chr.), cuius exempli infinitivi e verbo dicendi, quod intercidit sed praeteriti temporis fuit, pendent.

2. ὅπως:

α) cum verbum primarium praesens tempus sit: ἐπιδίδωμί σοι, ὅπως εἰς ἔργον προαγάγοις τὰ κεκελευσμένα Oxyrh. I 67, 6 (338 p. Chr.). ποιοῦμεν ἀξιοῦντες, ἐὰν ὑμῖν δόξῃ, ἀνενεγκεῖν τῷ ἐπιστρατήγῳ —, ὅπως κατὰ τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν δίκαια κελεύσαι ἑτέρους ἀνθ' ἡμῶν κατασταθῆναι BGU 1022, 22 (196 p. Chr.). ἐπιδίδωμι ὑμῖν τὴν προσαγγελίαν, ὅπως οἱ αἴτιοι

1) Cf. Phil. Weber, Entwickelungsgeschichte der Absichtssätze. Würzburg, Abt. I 1884; Abt. II 1885 = Beiträge zur histor. Syntax der griech. Sprache, hg. von M. Schanz, Bd. II 1. 2. et Guil. Schmidt, De Fl. Josephi elocutione p. 403 ss.

ἀναζητηθέντες ἐξαποσταλῶσι ἐπὶ τὸν στρατηγὸν καὶ ἐμοὶ μὲν διαπεφωνημένα ἀποκατασταθείη, οἱ δὲ αἴτιοι τύχωσιν τῶν ἐξακολουθούντων Rein. 17, 15 (109 a. Chr.). Etiam in hoc exemplo ab una coniunctione et coniunctivus (bis) et optativus pendent.

β) cum verbum primarium tempus praeteritum sit: ὅπως μὴ διὰ τὸ τῆς χαρᾶς τῆς ἑαυτῶν δήλωσιν ποιήσασθαι — ἐπὶ τὴν ἀρχὴν εἰστελεῖν βιασθεῖεν μείζω ἢ δύνανται. ὅθεν μοι παρέστη τὸ βούλευμα κτἑ. Fay. XX 2 (s. III./IV.). Quamquam ea, quae ὅπως coniunctioni antecedunt, in charta deperdita sunt, tamen tempus praeteritum verbi primarii supplendum est, ut ex praeterito verbi enuntiati sequentis videtur concludi posse.

3. μή:

α) cum verbum primarium imperativus sit: ἐπὶ (pro ἐπεὶ) οὖν βραδύνουσιν, μή ποτε αὐτῶν χρεία γένοιτο, εὐθέως αὐτοὺς ἐξέλασον Oxyrh. I 118, 36 (s. III. p. Chr.).

β) μή particula a verbo timendi suspensa, cuius tempus praeteritum est: ἐδικέωσεν (pro ἐδικαίωσεν) — φοβούμενος, μὴ ἄρα εὑρεθείη ἐν αὐτοῖς ἐπίλημψις Tebt. 335, 9 (s. III. m. p. Chr.).

Inveniuntur igitur in enuntiatis finalibus undecim optativi. Omnes chartae, in quibus hic optativus usurpatur, temporibus p. Chr. n. scriptae sunt excepta una. In hac charta Rein. 17, 15 (109 a. Chr.) ἀποκατασταθείη inter duos coniunctivos ἐξαποσταλῶσι et τύχωσιν invenitur, ut hic optativus lapsu calami ortus esse videatur. Inde apparet hunc optativum in enuntiatis finalibus chartarum, quae temporibus Ptolemaeorum scriptae sunt, non adhiberi. Idem valet de scriptoribus eiusdem aevi, cf. Reik p. 38 ss. Ceteri decem optativi in chartis inde ab exeunte II. p. Chr. n. saeculo exaratis, plurimi in chartis III. et IV. saeculi usurpantur, quorum optativorum sex post praesens et quattuor post praeteritum positi sunt. Apparet igitur homines, qui has chartas scripserunt in usurpando optativo obliquo temporis verbi primarii rationem omnino non habuisse. Quod idem iam de Philone Alex. Reik p. 133, alii de posterioribus scriptoribus observarunt[1]).

---

1) Guil. Schmidt de Fl. Jos. el. p. 405. Schmid Attic. I 50. 98. II 58. IV 88. Reinhold Diss. Hal. XIV 112 al.

Praevaluisse autem coniunctivum ut intellegatur, moneo 44 coniunctivos legi post verba temporis praeteriti: Par. 22, 5. 38, 29. 46, 16. 63, 43. 63, 65. 63, 74. 63 VIII 9. Cair. 3, 6. 3, 8. Petr. II 16, 14 (s. III. a. Chr.). Hib. 73, 9 (243 a. Chr). Grenf. I 43, 9 (s. II. a. Chr.). Peyr. A 11 (168 a. Chr.). Par. 49, 11. 49, 20 (c. 160 a. Chr.). Tebt. 58, 50 (111 a. Chr.). Oxyrh. IV 743 9 (2 a. Chr.). Tebt. 409, 4 (5 p. Chr.). BGU 1097, 17 (s. I. p. Chr.). Oxyrh. II 298, 2, 48. II 299, 5 (s. I p. Chr.). Fay. I 123, 20 (100 p. Chr.). Tebt. 297, 11 (123 p. Chr.). Lond. 1178, 7. 1178, 44 (194 p. Chr.). Oxyrh. II 237, 7, 13 (186 p. Chr.). BGU 646, 5 (193 p. Chr.). 815, 10. Genev. 7, 17. Oxyrh. VI 932, 2. Tebt. 315, 26 (s. II. p. Chr.). Oxyrh. VI 899, 19 (200 p. Chr.). BGU 613, 7 (s. II. p. Chr.). 625, 9. Genev. 72, 2. Oxyrh. III 488, 33 (s. II./III.). BGU 1093, 25 (265 p. Chr.). Lond. 237, 11. 243, 11 (346 p. Chr.). Fay. I 133, 4. Genev. 51, 16. 51, 30. Amh. II 143, 9 (s. IV. p. Chr.). Lips. 40 II 12 (s. IV./V.).

d) In enuntiatis relativis optativus ex vetere usu exstare potest primum ut modus desiderativus, secundum ut modus potentialis, tertium loco indicativi in oratione obliqua sive ex analogia alterius modi positus, quartum ut modus iterativus, quintum in sententiis relativis hypotheticis sive generalibus loco coniunctivi cum ἄν particula copulati. De primo et altero genere supra p. 27 et p. 28 dictum est. E tertio unum praesto est exemplum: ὑπεύθυνος ἔστω δῶναι, ποιῆσαι, παρασχέσθαι αὐτῇ πάντα, ἃ ἐν ταύτῃ τῇ διαθήκῃ μου γεγραμμένα εἴηι BGU 326 I 14 (c. 190 p. Chr.), cui structurae recta structura huius exempli respondet: παρασχέσθαι ταῦτα πάντα, ὅσα ἐν ταύτῃ τῇ διαθήκῃ μου γεγραμμένα ἐστί Oxyrh. VI 907, 6 (276 p. Chr.). Exempli BGU 326 I 14 enuntiatum relativum non e tempore historico, sed ex imperativo pendet.

Quarti generis unum exemplum inveni, in quo optativus ut modus iterativus adhibetur: Ἀπολλόδωρος δὲ — ἐπιπεσὼν ἔτυπτεν αὐτὸν κατὰ τοῦ τραχήλου καὶ εἰς ὃ μέρος τύχοι τοῦ σώματος Petr. II 18, 2 b 14 (246 a. Chr.). Spectanti praeter hoc exemplum optativi iterativi unum tantum aliud exstare, quod infra, ubi de enuntiatis temporalibus disputabitur[1]), affe-

1) Vide p. 36.

retur, apparet hunc optativum iterativum fere evanuisse, etsi concedendum est huius optativi adhibendi in chartis locum haud multum esse.

Simplex optativus in sententiis relativis generalibus, quae e verbo primario praesentis temporis pendent, tribus tantum locis scriptus est: ὁμολογοῦσιν — χρῆσθαι ᾧ τρόπῳ βουληθείη ἀκωλύτως κτέ. Lond. 483, 45 (616 p. Chr.). οἵῳ τρόπῳ βουληθείη ib. l. 77. Sim. exstat Lond. 991, 15 (s. VI. p. Chr.)[1].

Optativus autem cum ἄν particula coniunctus in enuntiatis relativis[2]) earum tantum chartarum, quae inde a III. et potissimum a IV. p. Chr. n. saeculo exaratae sunt, loco coniunctivi cum ἄν particula copulati positus est: ὅτι ἂν καταλάβοιμι ἐπὶ περιγραφῇ τοῦ ταμείου πραχθὲν, τοῦτο κατὰ τοὺς νόμους — κελεύσω ἀποκατασταθῆναι Lond. 213, 8 (s. III. p. Chr.). ἄμινον ὑμᾶς ἐν τοῖς ἰδίοις, οἷς ἐὰν[3]) τύχοι, εἶναι ἢ ἐπὶ ξένης Fay. I 136, 10 (s. IV. p. Chr.). Ὥρῳ τῷ ταύτης ἐκδίκῳ πορίσαι διὰ τὸ μάλιστα καὶ Νόνναν τούτῳ τῷ λόγῳ συνδεδραμηκέναι καὶ ὑπισχνεῖσθαι, ὅσον ἐὰν ἕτερος μέλλοι ...... ρέσειν, τοσοῦτον — παρασχεῖν Coll. Joug. I 11 (s. IV. p. Chr.). ἀξιοῦμεν δὲ τὴν παροῦσαν ἢ ἀποστῆναι τοῦ μέρους τοῦ διαφέροντος — ἢ τὴν ἀποκατάστασιν ἡμῖν ποιήσασθαι τούτων ἢ τὸ ἄξιον στεγανόμιον, ὅπερ ἂν παράσχοιεν ἕτερος Coll. Joug. I 5 s. (s. IV. p. Cr.). βούλομαι τοίνυν τὴν αὐτὴν Χριστοδώραν εἰ, ὅπερ ἂν εἴη, τολμήσῃ τοιοῦτο [.....] αὐτοῦ — [.....] παντάπασιν ἔχειν — Grenf. I 62, 18 (s. VI./VII.), quae charta lacunis scatet. Eadem locutio ὅπερ ἂν εἴη ('quodcumque est') invenitur in hoc exemplo: μηδὲν ἄλογον ἔχω —, εἰ καὶ συμβῇ ἀπαιτηθῆναί σε, ὅπερ ἂν εἴη, ζημίαν ἐλευθέρας ἡμᾶς εἶναι ἐκ τοῖς [i. e. τῆς] τοιαύτης ἐνοχῆς Grenf. I 65, 5 ss. (s. VI./VII.). Denique ὁμολογοῦσιν — φιλοκαλέσαι, καθ' ὃν ἂν βουληθείη τρόπον κτέ. Lond. 483, 41 (616 p. Chr.). Qua in charta optativi cum ἄν particula coniuncti καθ' ὃν ἂν βουληθείη τρόπον, et optativi sine ἄν particula ᾧ τρόπῳ βουληθείη (v. supra) usurpandi ratio non

1) Cf. p. 36 sq.

2) Cf. Reinhold p. 113. Usener Tychon p. 54.

3) In hoc et in sequenti exemplo ἐάν vim ἄν particulae habet, cf. Mayser p. 152 sq.

cognoscitur. Addendum est exemplum: ἐφ' ὅν ἄν βουληθείης χρόνον Lond. 1023, 5 (s. V./VI.). Ceterum de his locutionibus accuratius disputandi aptior est locus in enuntiatis temporalibus (qualia sunt ὁπόταν βουληθείης) tractandis, de quibus vide p. 37.

e) In enuntiatis temporalibus optativus secundum Atticorum normam adhiberi potest, primum ut optativus iterativus, tum ut optativus obliquus.

Optativi iterativi unum tantum exemplum invenitur: τῶν γὰρ πλείστων — καθεσταμένων --, ἑτέρων δὲ καὶ εἰς τοὺς υἱοὺς ὄ⟨ν⟩τες (i. e. ὄντας) παντελῶς νεωτέρους ὅτε δὲ καὶ τύχοι καὶ εἰς ἄλλον (pro ἄλλα) ὀνόματα τὰς χρείας μ̣ετερα̣σ̣[·]κότων κτέ. Tebt. 24, 65 (117 a. Chr.). Quo de usu cf. quae supra p. 34 dicta sunt.

Alter optativi usus, i. e. ut optativi obliqui, in enuntiatis temporalibus chartarum numquam exstat. Nam quamquam in exemplo: ὁμολογοῦμεν ὀμνύντες — ἐπὶ τῷ αὐτὸν εἶναι, ἄχρι κληθείη ὑπὸ τῆς ἐξουσίας Lips. 54, 12 (376 p. Chr.), optativus primo obtutu pro modo obliquo haberi potest, tamen multo probabilius est, imprimis si tempus huius chartae et exempla, quae statim afferentur, spectantur, optativum nulla ratione coniunctivi loco positum esse. Quod valet de his exemplis: καὶ εὐθέν (pro οὐθέν) συ (i. e. σοι) ἐν̣κ̣α̣λῶ περὶ τῆς αὐτῆς μιθώσεος (i. e. μισθώσεως) οὔτε περὶ οὐδα̣ι̣νὸς ἁπλῶς ὁπηνίκα ἐὰν εἴης περιλ̣ύσα̣σα κτέ. Lond. 1168, 43 (18 p. Chr.), quae charta permale scripta est. ταῦτά μοι ἔλεγες, ὅτε ἦλθα πρός σε, ὅτι, προτοῦ [1]) εἰσέλθοις εἰς τὴν παρεμπολήν σου, πρός σε πέμπω ἕνα τῶν ἀδελφῶν σου κτέ. BGU 814, 14 (s. III. p. Chr.). Haec structura imprimis adhibetur in certis locutionibus verbo βούλεσθαι effectis earum chartarum, quae inde a IV. p. Chr. n. saeculo scriptae sunt [2]). Huius modi locutiones sunt incipientes ab ὁπόταν coniunctione: ὁπόταν βουληθείης: τὴν δὲ ἀπόδοσίν σοι ποιήσομαι, ὁπόταν βουληθείης, ἀνυπερθέτως Hern.

---

1) πρὸ τοῦ hoc loco idem significat atque πρίν more neohellenico, item Fay. 136, 6 ubi exstat coniunctivus: ἀπαντήσατε ἀπ' ἑαυτῶν προτοῦ τις ὑμᾶς ἐνέγκῃ. Cf. Brinkmann, mus. Rhen. 64 p. 158.

2) Simili modo optativus in locutionibus ᾧ (οἵῳ) ἄν βουληθείη τρόπῳ, καθ' ὃν ἄν βουληθείη τρόπον et sim. usurpatur, cf. p. 35.

II, XIX 20 (s. IV. p. Chr.). BGU 943 (389 p. Chr.). 363, 15. 795, 3. 796, 3. 797, 4 (Byz t.). Lond. 1319, 12 (c. 544 p. Chr.). Stud. pal. II 134, 4 (Byz. t.). II 255, 4. ὁπόταν βουληθείη: Grenf. II 89, 4. II 90, 11 (s. VI. p. Chr.). ὁπόταν βουληθείητε: Hern. II, III 21 (s. IV. p. Chr.). Amh. II 149, 22 (s. VI. p. Chr.),

ab ἡνίκα ἄν coniunctione: ἡνίκα ἐὰν βουληθείη Flor. 93, 23 (569 p. Chr.),

ab ὁπηνίκα ἄν coniunctione: ὁπινίκα (pro ὁπηνίκα) ἂν — βουληθείη[1]): Amh. II 149, 16 (s. VI. p. Chr.),

ab ὅτε ἄν coniunctione: ὅτε δ' ἂν βουληθείητε Fay. II 25, 7 (s. IV. p. Chr.).

Rarius deest particula ἄν exstatque optativus pendens ab ὅτε coniunctione: ὅτε δήποτε βουληθείητε BGU 304, 18 (Arab. t.).

a pronomine relativo: ἐφ' ὃν ἂν βουληθείης χρόνον Lond. 1023, 5 (s. V./VI.).

ab εἰ coniunctione: εἰ βουληθείης Stud. pal. I p. 7 II 21 (456 p. Chr.). Par. 21 bis, 18 (600 p. Chr.). 21, 31 (616 p. Chr.). εἰ βουληθείη Lond. 483, 43 (616 p Chr.)[2]).

Quam firmae hae locutiones quarto et insequentibus p. Chr. n. saeculis factae sint, vel inde apparet, quod optativus, cuius (exemplo BGU 363, 15, in quo optativus suppletus est, omisso) 20 exempla exstant, ceteros modos his temporibus in illis locutionibus etsi paulo tamen superat. Nam alii modi sexies decies tantum inveniuntur in enuntiatis suspensis

a pronomine relativo: ἐφ' ὅσον χρόνον βούλει: Flor. 73, 7 (505 p. Chr.). BGU 308, 3. 841, 4 (Byz. t.). Lond. 113, 3, 2. 113, 6 (a) 16 (s. VI. p. Chr.). 113, 6 (b) 26 (633 p. Chr.). Fay. II, XXXVIII app. 422, 2. II, XXXVIII app. 482, 4. II, LVI 4 (s. VI. p. Chr.), ἐφ' ὅσον βούλεσθαι χρόνον BGU 255, 5 (599 p. Chr.),

ab ὁπόταν coniunctione: ὁπόταν βουληθῇς Stud. pal. II

---

1) Huius locutionis optativus modo verbi similium locutionum assimilatus est, quod non dici potest de locutione ὁπηνίκα ἐὰν εἴης p. 36.

2) His in locutionibus allatis εἰ particula non tam hypothetico quam temporali est sensu.

383, 5 (s. V./VI.). II 399, 4 (s. VI. p. Chr.). Flor. 73, 17 (505 p. Chr.). 13, 17 (s. VI./VII.).

ab ἐάν coniunctione: ἐὰν βουληθῇς Par. 21 bis, 19 (600 p. Chr.). 21, 34 (616 p. Chr.).

Ante IV. p. Chr. n. saeculum autem optativus in his locutionibus numquam exstat, sed coniunctivus adhibetur velut: ὁπότε ἐὰν βούληται CPR. 24, 33 (136 p. Chr.). ὁπόταν βουληθῇς BGU 637, 3 (212 p. Chr.). ἐὰν βούληται Oxyrh. III 493, 9 (s. II. p. Chr.).

III. In enuntiatis condicionalibus.

Cum quattuor genera sententiarum condicionalium in Graeco sermone distinguantur, in enuntiato irreali numquam optativus adhibetur. Propterea hoc enuntiato omisso ceteras tres sententias condicionales considerabo.

A. Primum genus est id, ut dicatur ea, quae in protasi afferuntur, fieri posse, cuius generis in protasi est εἰ coniunctio cum optativo copulata, in apodosi optativus cum ἄν particula coniunctus.

B. Sententia condicionali secundi generis dicitur sperari fore ut ea, quae in protasi afferuntur, re vera fiant. Huius generis constructio est ea, ut in protasi ἐάν coniunctio cum coniunctivo copulata usurpetur et in apodosi plerumque indicativus.

C. Tertium genus est id, ut non dicatur, utrum ea, quae protasi exprimuntur, fieri an non fieri possint. In protasi huius sententiae est εἰ coniunctio copulata cum indicativo, in apodosi indicativus.

In sententiis secundi et tertii generis optativus exstare potest, idque ita ut in protasi sententiae secundi generis pro ἐάν coniunctione cum coniunctivo copulata, si omnis sententia ex tempore historico pendet, εἰ cum optativo et in apodosi sententiae tertii generis optativus cum ἄν particula coniunctus adhibeatur.

A.

Primi generis sententiae condicionalis, quae dici solet potentialis, duo tantum inveni exempla, quorum in protasi est

optativus aor., in apodosi optativus aor. cum ἄν particula coniunctus: σὺ δὲ εἰ μεταλάβοις ὡς αὐτοῖς μερίζων φίλος ὤν, οὐκ ἂν λυπηθείης Par. 64, 38 (160 a. Chr). οὐκ ἄν τις ἐπὶ τὸ βῆμά σου καταφύγοι, εἰ μὴ σφόδρα ἀδικηθείη τι BGU 983, 4 (s. II. m. p. Chr.).

B.

In protasi sententiarum secundi generis, si suspensae sunt ex tempore historico, pro ἐάν coniunctione secundum Atticorum usum εἰ cum optativo adhiberi potest. Sed in chartis non raro fit, ut haec structura etiam in iis sententiis condicionalibus inveniatur, quae omnino non suspensae sunt aut quae e verbo praesentis temporis pendent.

1. Ac primum quidem afferam enuntiata omnino non suspensa, in quorum protasi ἐάν coniunctio cum coniunctivo adhibetur:

Eleph. 1, 6 et 10 (310 a. Chr.). Hib. 29 a 2 ss.[1]) 29, II 35 (265 a. Chr.). 42, 8 (262 a. Chr). 48, 12. Petr. II 4 (6) 16 (255 a. Chr.). 55, 5 (250 a. Chr.). 54, 8. 60, 2 (245 a. Chr.). Petr. I 14, 9. I 15, 15 (237 a. Chr.). I 18 [2] 11. I 21, 6. I 18 [1] 12 (237 a. Chr.). I 17 [2] 8 (235 a. Chr.). I 16 [1] 15. I 16 [2] 13 (230 a. Chr.). I 19, 25. I 20 [2] 15 (225 a. Chr.). Eleph. 2, 5 et 10 et 11 et 14. 14, 15 et 16 (223 a. Chr.). 25, 4. 29, 6. Grenf. II 14 a 4. BGU 1004, 20. Hib. 84 (a) 7 et 23. 86, 10. 90, 14 et 18. 91, 5 et 8 et 10. 92, 17. 102, 10. Magd. I 16 (s. III. a. Chr.). Petr. I 11, 9. I 12, 5. II 32 [1] 36. II 22, 5. III 10, 6. III 11, 19. III 13, 2 et 4 et 27. III 20 verso 1, 6. III 27 verso 2, 2. III 36 a, verso 11. III 42 G 9, 7. III 42 H 7, 7. Consp. red. 5, 1. 8, 3. 10, 18. 12, 1. 15, 13. 15, 16. 17, 10. 19, 1. 19, 4 et 9 et 11 et 14. 20, 10. 28, 5 et 10. 29, 12 et 19. 32, 15. 33, 15. 34, 17. 38, 8. 40, 5. 41, 5. 43, 6. 45, 6 et 12. 46, 4. 47, 5 et 9. 50, 8. 51, 7. 52, 10 et 13 et 23. 53, 12. 54, 8. 55, 18 et 21. 56, 11. 75, 3. 76, 6. Par. 62, 4, 8. 62, 5, 14. 62, 6 ll. 5, 12, 19. 62, 8, 12 et 15. Lugd. C 9. P 35. Grenf. I 12, 17. II 16, 8. Petr. III 43 (2) I 5 et 19. III 43 (2) II 28. III 43 (2) III 35. III 43 (2) verso III 8. III 43

---

1) Omnino coniunctivus in hoc exemplo ter invenitur.

(2) verso V 7. II 8 (1) B 7 et 15. II 13 (1) 9. II 13 (5) 8. II 32 (3) 1. II 38 (c) 57. (Ptol. t.). Genev. 21, 6 et 12 et 14 et 15 et 19. BGU 1012, 14. Amh. II 32 II 8. (s. II. a. Chr.). 33, 33. 43, 11 (173 a. Chr.). Par. 18, 8. Consp. red. 14, 15. Par. 62, 3 ll. 3, 6, 11, 13 (170 a. Chr.). 7, 11 (166 a. Chr.). 63, 133 (165 a. Chr.). Lond. 18, 34. 24, 16. Amh. II 61, 7 (163 a. Chr.). Par. 49, 34. 51, 28 (160 a. Chr.). 42, 10 (156 a. Chr.). Amh. II 44, 10 (138 a. Chr.). Lond 3, 26 ss., quo loco coniunctivus bis adhibetur (135 a. Chr.). 220, 2, 15 (133 a. Chr.). Grenf. I 18, 19 (132 a. Chr.). Taur. IV 22. Par. 8, 20 (131 a. Chr.). Grenf. II 18, 13 (127 a. Chr.). I 20, 12. I 21, 18. I 21, 4. (126 a. Chr.). Tebt. 61 (b) 35. Grenf. I 23, 15 (118 a. Chr.). Tebt. I 21, 10. Petr. II 44, 24 (115 a. Chr.). Grenf. II 21, 12. Amh. II 46, 8. 47, 12. Tebt. I 22, 16. 49, 17. Lond. 1203, 6. (113 a. Chr.). Lond. 218, 8 (111 a. Chr.). Tebt. 61 (b) 275. 72, 445 (110 a. Chr.). Grenf. I 28, 4 (108 a. Chr.). Amh. II 48, 11. 49, 3. 50, 14 (106 a. Chr.). Grenf. I 29, 9. II 24, 16 (105 a. Chr.). I 31, 10 (c. 104 a. Chr). II 27, 10. Tebt. 105 ll. 6, 27, 34, 43, 49, 50 (103 a. Chr.). Grenf. II 29, 20 (102 a. Chr.). Tebt. 106, 29 (101 a. Chr.). Grenf. II 36, 17 (95 a. Chr.). Tebt. 109, 23 (93 a. Chr.). 104, 24 et 30 et 32 (92 a. Chr.). 37, 23 (73 a. Chr.). BGU 1002, 14 et 15 (55 a. Chr.). Tebt. 386, 20 (12 a. Chr.). Oxyrh. IV 742, 10 (2 a. Chr.). IV 744, 8 (1 a. Chr.). Tebt. 110, 8 (s. I. a. Chr.).

BGU 530, 12 (s. I. p. Chr.). 1097, 3. 1097, 16. Amh. II 68 II 71. Fay. I 22, 19. Oxyrh. II 298, 1, 28. Flor. 101, 9. BGU 190, 2, 3 (s. I. p. Chr.). Oxyrh. IV 731, 6 (8 p. Chr.). Fay. I 89, 16 (9 p. Chr.). Tebt. 384, 32 (10 p. Chr.). BGU 911, 19 (18 p. Chr.). Oxyrh. II 259, 14 (23 p. Chr.). BGU 906, 9 (34 p. Chr.). Oxyrh. II 267, 14 et 17 (36 p. Chr.). BGU 1078, 6 (39 p. Chr.). 1079, 31 (41 p. Chr.). Lond. 1166, 13. 1171, 2 c 6 (42 p. Chr.). Oxyrh. I 37, 2, 4 (49 p. Chr.). II 269, 1, 8. II 269, 2, 8 et 10 (57 p. Chr.). II 275, 25 et 31 (66 p. Chr.). Lond. 154, 16 (68 p. Chr.). BGU 910 II 24 (71 p. Chr.). 595, 15 (70—80 p. Chr.). 597, 21 (75 p. Chr.). Amh. II 85, 11 et 15. 86, 13 et 14 (78 p. Chr.). BGU 981 II 1 (79 p. Chr.). Lond. 897, 6 et 16 (84 p. Chr.). Flor. 61 II 56 (86/88). Oxyrh. II 265, 19 (c. 90 p. Chr.). Lond. 289, 19

(91 p. Chr.). Oxyrh. II 270, 42 (94 p. Chr.). BGU 1065, 12 et 15 et 25 (97 p. Chr.). 252, 7. Lips. 106, 10 (98 p. Chr.). Tebt. 316, 2, 20. 391, 23 (99 p. Chr.). Fay. I 122, 20 (100 p. Chr.). Flor. 81, 10 (103 p. Chr.). BGU 451, 13. 923, 13 (s. I./II.). Fay. I 116, 15 et 20 (104 p. Chr.). Lond. 172, 17 (105 p. Chr.). Fay. I 118, 22 (110 p. Chr.). Oxyrh. I 36 I 10 et 12. I 105, 11. I 105, 3 (c. 120 p. Chr.). III 490, 10. III 490, 4 (124 p. Chr.). Lond. 1173, 16 (125 p. Chr.). Oxyrh. III 491, 4 (126 p. Chr.). III 491, 17. III 496 ll. 8, 10, 12, 13 (127 p. Chr.). BGU 339, 16 (129 p. Chr.). Oxyrh. III 472, 2, 14 et 29. III 492, 5 (130 p. Chr.). Fay. I 32, 14. Tebt. 374, 19 (131 p. Chr.). BGU 581, 10 (133 p. Chr.). 193 II 24. CPR 24, 27 (136 p. Chr.). Oxyrh. IV 729, 17 et 42 et 43 (137 p. Chr.). Tebt. 398, 17. Oxyrh. IV 728, 18. I 101, 24 (142 p. Chr.). BGU 891, 16 (144 p. Chr.). Tebt. 316, 3, 60. 316, 4, 92. 325, 22 (145 p. Chr.). Tebt. 393, 21 (150 p. Chr.). Flor. 1, 6 et 9 (153 p. Chr.). BGU. 372 II 19 (154 p. Chr.). Oxyrh. IV 724, 11 (155 p. Chr.). III 494, 5 (156 p. Chr.). BGU 301, 16 (157 p. Chr.). Tebt. 390, 8 (167 p. Chr.?). Oxyrh. VI 905, 11 (170 p. Chr.). Amh. II 97, 17 (180—192 p. Chr.). Oxyrh. IV 725, 40 (183 p. Chr.). BGU 361, 18. Oxyrh. III 513, 57 (184 p. Chr.). III 495, 3 (c. 185 p. Chr.). II 237, 8, 17 (186 p. Chr.). III 501, 29 (187 p. Chr.). BGU 578, 13. Grenf. II 59, 19 (189 p. Chr.). CPR 27, 17 (190 p. Chr.). BGU 245 II 5. 248, 26. 531 II 19. 592, 8. 615, 10, quo loco coniunctivus bis exstat. 815, 4. Oxyrh. III 498, 33. III 531, 7. III 497 ll. 5, 7, 15. III 504, 29. III 525, 5. VI 932, 5. Amh. II 135, 10. Fay. I 125, 9. Tebt. 414, 10. 315 ll. 16, 22, 33. 415, 7. Catt. I 4, 20. CPR 22, 22. 206, 14. 222, 16. 223, 23. Lond. 899, 7. 1179, 110. BGU 1041, 18 (s. II. p. Chr.). 33, 14. 93, 16 (s. II./III.), quo loco duo coniunctivi ex ἐάν particula pendent. BGU 388, II, 14 (s. II./III.), quo loco duae sententiae condicionales exstant, in quibus ex ἐάν coniunctione coniunctivus pendet. Oxyrh. I 114, 15. I 119, 6 et 14. BGU 417, 25. 450, 3. 164, 16 (s. II./III.). Flor. 6, 24 (210 p. Chr.). Grenf. II 62, 12 (211 p. Chr.). Lond. 350, 11. CPR 239, 10. Lond. 1164 (h) 21 (212 p. Chr.). 1158, 14. Genev. 43, 13 (226 p. Chr.). Lips. 32, 14 (240

p. Chr.). Lond. 1157, 122 (246 p. Chr.). Lips. 3 I 13 (256 p. Chr.). Lond. 948, 7 (257 p. Chr.). Tebt. 378, 28 (265 p. Chr.). CPR 39, 22 (266 p. Chr.). 9 II 16 (271 p. Chr.). Lips. 4, 27 (293 p. Chr.). Oxyrh. VI 937, 5. BGU 325, 4. Oxyrh. I 121, 9. Tebt. 424, 7. BGU 624, 18. 816, 8 bis. 827, 18. 848, 5 bis (s. III. p. Chr.). Flor. 3, 17 (301 p. Chr.) bis. Lond. 974, 1, 7. 974, 2, 9 (305 p. Chr.). Lips. 6 II 14 (306 p. Chr.). CPR 10 I 9 (321 p. Chr.). Flor. 96 a 2. bis. 96 b 9 (337 p. Chr.). 34, 11 (342 p. Chr.) bis. Lond. 1248, 21 (345 p. Chr.). 236, 18. 414, 14 et 26 (346 p. Chr.). Amh. II 139, 19 (350 p. Chr.). BGU 316, 22 (359 p. Chr.). Lips. 54, 14 (376 p. Chr.). 56, 19 (398 p. Chr.) bis. Fay. I 131, 10 (s. III./IV.). Lond. 982, 19. Flor. 29, 5. BGU 1044, 11 (s. IV. p. Chr.). BGU 950, 5. 335, 5 (Byz. t.). Amh. II 144, 12 (s. V. p. Chr.). 153, 15. 154, 7 (s. VI./VII.). Oxyrh. I 130, 16 (s. VI. p. Chr.). VI 941, 2 et 7. BGU 103, 2 (s. VI./VII.).

Sunt omnino 402 exempla sententiae condicionalis non suspensae, in cuius protasi secundum Atticorum usum ex ἐάν coniunctione coniunctivus pendet.

2. ἐάν cum coniunctivo etiam in iis enuntiatis condicionalibus adhibetur, quae pendent

a) e verbo praesentis temporis, quod valet de his exemplis: Magd. 3, 11. 4, 7. 11, 11. 12, 11. 13, 10. 14, 8. 18, 5. 22, 6. 23, 6 et 7. 25, 6. 28, 8. 34, 4. 35, 10. 40, 2. 41, 4. Lond. 887, 8 (s. III. a. Chr.). Taur. I 4, 18 et 19. I 3, 11. Petr. II 10 (1) 24. II 11 (1) 4. II 38 (b) 6. Tebt. I 5, 25 et 261. Par. 36, 20 (Ptol. t.). 32, 18 (162 a. Chr.). 13, 13 (157 a. Chr.). 12, 20 (157 a. Chr.). 14, 40 (127 a. Chr.). 15, 31 (120 a. Chr.). Tebt. I 20, 8 (113 a. Chr.). BGU 1057, 27. 1058, 37 (13 a. Chr.). 1106, 35. 1107, 19 (13 a. Chr.). 1108, 16. 1108, 18. 1109, 24 (5 a. Chr.). 1098, 27. 1098, 39. 1100, 25 (s. I. a. Chr.). 1059 (s. I. p. Chr.). Oxyrh. II 294, 22 (22 p. Chr.). II 286, 19 (82 p. Chr.). II 270, 28 (94 p. Chr.). I 104, 11 (96 p. Chr.). Fay. I 91, 27 (99 p. Chr.). Oxyrh. III 491, 9 (126 p. Chr.). III 496, 11 (127 p. Chr.). BGU 741, 27 (143 p. Chr.). Lond. 311, 16 (149 p. Chr.). BGU 1045, 21 (154 p. Chr.). 607, 25 (163 p. Chr.). Lond.

334, 23 (166 p. Chr.). 918, 31. 1168, 11 (s. I./II.). BGU 46, 18 (193 p. Chr.). Oxyrh. III 493, 9. BGU 140, 34 (s. II. p. Chr.). 837, 14 (201 p. Chr.). 450, 20. Oxyrh. III 533, 16. III 533, 10. VI 928, 7 (s. II/III.). Grenf. II 71, 2, 10 (c. 245 p. Chr.). BGU 917, 19 (348 p. Chr.),

b) e verbo temporis praeteriti: Eleph. 2, 3 et 5 (285 a. Chr.). Par. 49, 11 (c. 160 a. Chr.). Fay. I 109, 5. Oxyrh. II 298, 2, 48 (s. I. p. Chr.). III 485, 20 et 29 (178 p. Chr.). Catt. I verso 3, 1 (s. II. p. Chr.). BGU 424, 7 (s. II./III.).

Huius generis inveniuntur omnino 76 exempla, i. e. 67, quae pendent e verbo praesentis temporis et 9, quae pendent e verbo praeteriti temporis.

In iis enuntiatis condicionalibus, quae e verbo praeteriti temporis suspensa sunt, secundum Atticorum usum pro ἐάν coniunctione cum coniunctivo copulata εἰ coniunctio cum optativo copulata adhiberi potest. Ita optativus in chartis usurpatur his locis: ἔλεγεν, εἰ καί τις ἐπιχωρήσαι τοῖς ἐπερχομένοις καὶ ἐπιχειροῦσιν τῶν ἀλλοτρίων ἐμποιεῖσθαι, μὴ συγχωρητέον εἶναι Taur. I 7, 23 (Ptol. t.). ἔλεγον, εἰ καί τις θείηι μηδεμίαν ἐπιφέρειν αὐτοὺς συγγραφὴν, ἀρκεῖσθαι ἀπ' αὐτῶν τῶν προστμάτων (pro προσταγμάτων) τῆς κρατήσεως αὐτοῖς περιγινομένης Par. 15, 59 (120 a. Chr.). Idem exstat Taur. I 7, 19. I 8, 24 (Ptol. t.). δι' ὧν ἠθέλησεν τὸν κίνδυνον τῆς προβολῆς εἶναι πρὸς τοὺς ὀνομάσαντας, τὸν δὲ τοῦ νομοῦ στραγὸν (pro στρατηγὸν) βίαν γεινομένην κωλῦσαι, εἰ γείνοιτο παρὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ σωτηρίας διηγορευθέντα CPR 20, 8 (250 p. Chr.). ἠξίωσα — ὑπογραφῇ — προσταττούσῃ αὐτοὺς καταναγκασθῆναι ὑπὸ τοῦ πραιποσίτου ἔχεσθαι —, εἴ τινα εὔλογον ἔχοιεν CPR 233, 6 (314 p. Chr.). προήχθην — ἐπιδοῦναι —, εἰ μὴ τοῦτο ποιήσιεν (pro ποιήσειεν), ἀπολέγεσθαι[1]) αὐτὴν κτέ. CPR 19, 24 330 p. Chr.). δέδοκται καὶ συνήρηκεν — καὶ διδόναι ὑπὲρ ἐμο⟨ῦ⟩, εἴπερ εὑρεθείην ἔχων ἢ χρεωστῶν κτέ. Lond. 77, 49 (s. VIII. p. Chr.). Quae 8 exempla pro magno chartarum numero perquam pauca sunt.

Ut iam de enuntiatis interrogativis finalibus relativis

---

1) Cf. p. 14 adn. 3.

temporalibus [1]) dictum est optativum obliquum post verbum praesentis temporis usurpari in chartis, ita in enuntiatis condicionalibus a verbo praesentis temporis suspensis pro ἐάν cum coniunctivo εἰ coniunctio cum optativo copulata adhibetur [2]).

Haec enuntiata, quorum verbum primarium cum accusativo cum infinitivo iungitur, sunt: οὐδὲν ἕτερον οἶμαι ἢ δηλῶν ὅτι, εἰ τὰ ἀληθῆ φανείη, μηδὲ κρίσεως δεῖσθαι τὸ πρᾶγμα Oxyrh. II 237 V 8 (186 p. Chr.). ἔθος δ' ἐστὶν τὸν ἔχοντα ἰδίους ὄνους τούτοις ἀπεργάσεσθαι, εἰ δὲ μὴ ἔχοι, πενθήμερον μετρῖν εἰς τὸ δημόσιον BGU 969 (142 p. Chr.). ἀποδείξω, ὡς ὑπάρχει, καὶ ἔστι καθαρὸν μηδενὶ κρατούμενον· εἰ δὲ φανείη, εἶναι κύριον τὸ προκατεσχημένον ἢ προπαρακείμενον διὰ τοῦ κωλύειν πρὸ τῆς παραθέσεως καὶ τῷ ἔσεσθαι ἐμπόδιον ἐκ τῆσδε τῆς παραθέσεως BGU 243, 11 (186 p. Chr.). ἀνθ' ὧν προφέρεται ὀφίλεσθαι αὐτῷ — εἰ χρία γένοιτο Lond. 1164 (k) 22 (212 p. Chr.). idem ibid. l. 25. οἳ κελεύουσιν ἐπὶ τῶν ὄντων χρεῶν — μεγίστας, εἰ μὴ ἀπ[ολαμ]βάνοιεν τὰ ὀφειλο[.....] χωρεῖν, ἀλλὰ πείθεσθαι τοῖς νομίμοις BGU 745, 7 (s. III. p. Chr.), quae charta lacunis scatet. ὁμολογῶ — πωλῖν (pro πωλεῖν). εἰ δὲ ὕστερον φα[νε]ίη[ν] ἐν τῇ οἰκίᾳ μου [πωλῶν .....] Oxyrh. I 83, 16 (327 p. Chr.), qua in charta infinitivus instar apodoseos suppleri potest. παραγγέλλεται — καταστῆσαι ἤ, εἰ μὴ τοῦτο ποιήσειεν ἐντὸς τῶν ὁρισθεισῶν ὑπ' αὐτοῦ ἡμερῶν πέντε, ἀναζητηθέντα αὐτὸν ἀναπεμφθήσεσθαι κτἑ. Flor. 83, 9 (s. III./IV.). προσομολογῶ —, καὶ εἰ λοιπαδάριος φανείη —, διδόναι Oxyrh. I 136, 36 (583 p. Chr.). Idem exstat Oxyrh. VI 902, 9 (465 p. Chr.). Lond. 77, 59 (s. VIII. p. Chr.). Lips. 103, 12 (Arab. t.). ὁμολογοῦσιν ἐπομνύμενοι θεὸν — ἐμμένειν —, εἰ δὲ ἐπιχειρήσειεν ὁπότερον μέρος — παραβῆναί τι ὧν συνωμολόγησαν, μηδὲν μὲν ὠφελεῖσθαι κτἑ. Lond. 113, 1, 53 (s. VI. p. Chr.). καὶ εἴ γε εὑρηθείη ἐν αὐτῷ μέρη ἢ πάντα φαῦλα, ἐμὲ ταῦτα ἀλλάξαι καὶ παρασχεῖν σοι — ὁμολογῶ κτἑ. Flor. 65, 14 (c. 570 p. Chr.). δῆλα δὲ πάλιν [ἢ] εἰ δὲ μὴ θελῆσαι τοῦ αὐτοῦ Μαρίνου ζητῆσαι —, αὐτοῦ δὲ Μαρίνου οὐδένα λόγον ⟨ἔσεσθαι⟩ Oxyrh. VI 893, 7

1) Cf pp. 30. 32. 34. 36.

2) Cf. p. 37, ubi εἰ cum optativo in enuntiatis temporalibus adhibetur et p. 48: εἰ συμβαίη et p. 49: εἰ δόξειε.

(s. VI./VII). εἰ δὲ καιρῷ οἵῳ δήποτε εὑρεθείη ὁ αὐτὸς Νειλαμμὼν μετὰ τῆς εἰρημένης Θεοδώρας καὶ ἐνεργῶς ἀποδειχθείη, ἐνέχεσθαί με — ὁμολογῶ BGU 401, 16 (618 p. Chr.).

Enuntiata, quorum verbum primarium a coniunctione ἵνα pendet, sunt: φυλασσέσθωσαν — ἵν', εἴ τις γένοιτο ζήτησις εἰς ὕστερον —, ἐλεγχθῶσιν Oxyrh. II 237 VIII 39 (186 p. Chr.). δεικνύντι τὸν βίον τὸν ἡμέτερον καθαρεύοντα πάσης αἰτίας, ἵν', εἰ ὕστερον πάλιν ἐπιχειρηθείη συκοφαντεῖν, φανερὰ αὐτῆς ἡ — αἵρεσις ᾖ CPR 232, 32 ss. (s. II./III.).

Idem optativi usus invenitur in sententiis condicionalibus a dicendi verbo praesentis temporis suspensis, quae incipiunt a coniunctione ὅτι vel ὡς: τὸ γὰρ τοιοῦτον ἐπιτηδεύει — λογιζόμενος διότι, εἰ ὑποδεῖξαι αὐτοῖς ἐναντιούμενον, κακῶς ἡγμένοι ἐφ' ἕτερόν τι πρὸς τὸ σκῦλαι ἐπιβαλοῦνται Par. 64, 35 (c. 160 a. Chr.). ἀποφαίνεται, ὅτι οὐ δεῖ αὐτὸν κωλύεσθαι, εἰ συνοικεῖν ἀλλήλοις θέλοιεν Oxyrh. II 237 VII 23 (186 p. Chr.) σπούδασον — ἀποστῖλαι — γεινώσκων, ὡς, εἰ μὴ βουληθίης (pro βουληθείης) τούτους ἀποστῖλαι, ἀνενεχθήσεται εἰς γνῶσιν τοῦ αὐτοῦ κυρίου κτέ. Lond. 234, 17 (c 346 p. Chr.). φρόντισον — ἢ γίγνωσκε, ὡς, εἴ τι παραλελοιπὼς ὀφθείης τοῦτό γε καταβαλὸν καὶ — γένοιτο, ὡς λίτραν χρυσοῦ δοῦναι προσταχθήσει Lips. 64, 35 (368 p. Chr.). ἐκίνου καταδηλοῦντος, ὡς, εἰ μὴ ὀφθείης τοῦτο πεποιηκὼς —, ὡς λίτραν χρυσίου δοῦναι προσταχθήσει ib. l. 46. Omnes hae chartae, in quibus hic optativus post verbum temporis praesentis usurpatur, inde a medio II. p. Chr. n. saeculo exaratae sunt praeter unam Par. 64, 35 (c. 160 a. Chr.), cuius tamen verba supra allata mendosa vel hiulca videntur esse.

In usurpando hoc optativo eo processum est, ut loco coniunctivi post ἐάν coniunctionem etiam in sententiis condicionalibus non suspensis optativus post εἰ coniunctionem adhibeatur, cum in apodosi exstet indicativus futuri: εἰ μάθοιμι παρὰ τὰ κεκελευσμένα πράσσοντας, ἐπιστρεφέστερον ὑμᾶς ἐπανορθώσομαι Genev. 1, 15 (158 p. Chr.). εἰ δὲ ἀπολειφθείην (pro ἀπολειφθείη), ἐγὼ αὐτὸς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ χώραν [ἀποπληρώσοιμι] [1]) Lips. 55, 12 (375—

1) Optativus ἀποπληρώσοιμι ab editore vix recte suppletus

379 p. Chr.). εἰ γὰρ κἂν πρός τι βραχὺ τῆς χορηγίας τούτων παραμελήσειεν, δυνήσεται — τυχεῖν Coll. Joug. III 3 (s. IV. p. Chr.), quo in exemplo κἄν libera particula facta est, quae non cum verbo coniungenda est, sed pertinet ad voces πρός τι βραχύ [1]). εἰ μὴ εἴσω τῶν τεσσεράκοντα ἡμερῶν τὸν λεγόμενον κουράτορα Διονυσίου προσαγάγοι τῷ δικαστηρίῳ ἢ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ παρὼν ἐπιδείξειεν ἑαυτὸν κουράτορα σὺν νόμῳ αὐτοῦ γεγενῆσθαι ἐντευχθείη τε τὸ δικαστήριον ὑπὸ Διονυσίου, τότε προσταχθήσεται κτέ. Coll. Joug. III 9 (s. IV. p. Chr.). ἕστηκεν διὰ Ἁτρῆτος κατ' ἐντολήν, ἥν, εἰ κελεύσειας, ἀναγνώσομαι Lips. 38 I 3 (390 p. Chr.). ἀποδώσω —, εἰ μὴ ἀποδοίην, ... Flor. 94, 14 (491 p. Chr.) [2]). εἰ δέ τις — κυρειώτερος φανείη ἐν οἱωδήποτε καιρῷ, ἐκτίσω Lond. 991, 19 (s. VI. p. Chr.). καὶ τὰ ἀπὸ τῶν λογοθεσιῶν ἀποπληρώσω, εἰ λοιπαδάριος φανείην Oxyrh. I 136, 33 (583 p. Chr.). εἰ δ' ἕτερος ἐξ ἡμῶν παραβαίη ταύτην τὴν — ὁμολογίαν, παρέξει Lond. 483, 85 (616 p. Chr.).

Sed non solum in protasibus, in quibus ἐάν cum coniunctivo exspectatur, sed omnino in quibusvis sententiis condicionalibus εἰ cum optativo iungitur et nonnumquam ita, ut ratio eius adhibendi non perspiciatur.

Exstat enim in protasibus, quarum in apodosi legitur indicativus praesentis: ὅπερ οὐ καλῶς ἐνδέχεται, εἰ μὴ ἄνωθεν γένοιτο ἀντίγραφα Oxyrh. II 237 VIII 31 (186 p. Chr.). εἰ παρίδοιεν τὴν τούτου καλλοεργείαν ...., ἐπιδίδωμι τάδε τὰ βιβλία CPR 233, 8 (314 p. Chr.). εἰ δὲ ἀσθενήσοιμι —, ἑτοίμως ἔχω ἐπιγνῶναι Grenf. I 60, 40 (581 p. Chr.), qua in charta exstat singulare exemplum optativi futuri [3]). ὁμολογοῦσιν — εἰ δὲ μὴ εὑρηθείη, πληρῶσαι κτέ. Lond. 483, 31 (616 p. Chr.).

aut indicativus aoristi: εἰ δὲ καὶ δοίη τις κατὰ συγχώρησιν τοῦτο οὕτως ἔχειν — ἐπησύχασεν τῇ πρᾶσι καὶ οὐ

eamque ob causam in conspectu formarum optativi omissus est. Supplendum videtur ἀποπληρώσω ut Lips. 50, 16.

1) similia exempla huius liberae particulae sunt Oxyrh. I 123, 7: κἂν ὥς, δέσποτά μοι, ἀντίγραψόν μοι ἐν τάχει. Oxyrh. VI 937, 8: κἂν νῦν οὖν παραγγέλλω σοι —, ἵνα παραβάλῃς. BGU 948, 10. 984, 20.

2) Huius exempli apodosis lacuna deleta est. Sed exemplum hoc loco inserendum esse puto, quod futurum haud scio an suppleri possit.

3) Cf. H. Usener, Der heilige Tychon, p. 70.

κατήγαγεν Lond. 113, 1, 21 (s. VI. p. Chr.). διαφόρως ἐκινδύνευσα εἰς τὴν ἔννοιαν, εἰ μὴ εἴη διὰ τὸ μὴ περιφρονεῖν περὶ τὰ ἔνδοξα πράγματα, ἀλλὰ καὶ — ἔβαλον κτέ. Genev. 14, 10 (Byz. t.).

aut imperativus: εἰ οἱ ἐτιαθέντες (pro αἰτιαθέντες) ἀντιλέγοιεν, φρόντισον τὰς κατὰ νόμους αὐτοὺς παραγγελίας ὑποδέξασθαι κτέ. Oxyrh. I 67, 9 (338 p. Chr.). εἰ δὲ χρεία γένοιτο, — ἀπέλθατε Lond. 1032, 9 (s. VI./VII.).

Accedit singulare exemplum, in quo exstat versio Latinae locutionis, quae in diplomatis militum Romanorum [1]) usurpatur: „aut si qui caelibes essent cum iis, quas postea duxissent". Exemplum est hoc: οἱ ὑπογεγραμμένοι οὐετρανοὶ — ἐπιτυχόντες τῆς Ῥωμαίων πολειτίας καὶ ἐπιγαμίαν (pro ἐπιγαμίας) πρὸς γυναῖκας, ἃς τότε εἶχον, ὅτε αὐτοῖς ἡ πολειτία ἐδόθη, ἢ εἴ τινες ἄγαμοι εἶεν, πρὸς ἃς ἐὰν μεταξὺ ἀγάγωσι BGU 113, 4 (143 p. Chr.).

Huius optativi in enuntiatis condicionalibus non suspensis usus, qui apud scriptores Graecos inde ab initiis Atticismi qui vocatur occurrit et procedente tempore magis magisque increbrescit [2]), in chartis invenitur, ut exemplis allatis apparet, inde a medio II. p. Chr. n. saeculo, imprimis autem a quarto p. Chr. n. saeculo.

His temporibus, quibus modi non iam certa ratione usurpantur, adhibetur etiam optativus post ἐάν coniunctionem: ἐὰν δέ τις αὐτῶν ἀφυστερήσιεν (pro ἀφυστερήσειεν) καὶ μὴ παραστήσωμεν ἡμεῖς αὐτοῖς τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον ὑπομενοῦμεν Lond. 1246, 20 (345 p. Chr.), quo in exemplo optativus cum coniunctivo alternat. ἐὰν εὑρηθείη ἄλλην ἀσφάλειαν ἐκ χειρὸς Διοσκόρου ἄκαιρων (pro ἄκυρον) εἶναι Stud. pal. II 134, 5 (Byz. t.). De locutione ἐὰν — συμβαίη vide p. 48.

Ex ἐάν coniunctione loco coniunctivi pendet indicativus [3]) his locis: ἐὰν — ἦσθα Hib. 78, 15 (224 a. Chr.). ἐὰν

1) Cf. CIL III 2, 843 ss.

2) Cf. Kapff p. 89; Reik p. 149 ss.; Guil. Schmidt de Flavii Josephi eloc. p. 404 ss.; Guil. Schmid de Atticismo I 97 ss. 243. II 59. 315. III 82. IV 84 ss. Reinhold p. 113 al.

3) Sed hic distinguendum est. Certa enim huius usus exempla infimae aetatis sunt (cf. Schmid, Atticism. II p. 60. IV p. 90), ut

— ὑπάρχουσιν Petr. III 87 (a) 26 (Ptol. t.). ἐὰν δεῖ σε συνπεσῖν κτέ. Tebt. 58, 56 (111 a. Chr.). ἐὰν — εἰσπορεύονται Oxyrh. IV 744, 4 (1 a. Chr.). Ib. ll. 9 et 10 exstat ἐὰν ἦν. Idem invenitur Oxyrh. IV 729, 8 (137 p. Chr.). II 237 VII 28 (186 p. Chr.). ἐὰν ἦσαν Tebt. 333, 13 (216 p. Chr.). ἐὰν μάχουσιν Par. 18, 10. ἐὰν ἦν Grenf. I 53, 30 (Byz. t.). ἐὰν οἶδεν BGU 546, 1 (Byz. t.). ἐὰν οὐ κωλύει Lond. 1073, 4 (s. VI. p. Chr.). εἴ τινος ἠὰν χρία σοί ἐστιν Fay. I 130, 13 (s. III p. Chr.).

Contra coniunctivus adhibetur post εἰ coniunctionem his locis: BGU 33, 6 (s. II./III). Lond. 233, 10 (345 p. Chr.). Lips. 64, 5. 64, 25 (368 p. Chr.). 45, 17. 46, 15 (371 p. Chr.). Grenf. II 82, 16 (400 p. Chr.). Genev. 79, 10. Fay. I 134, 4 (s. IV. p. Chr.). Amh. II 147, 12 (s. IV./V.) BGU 1027, 2, 13. 310, 20. 315, 18 (Byz. t.). 3, 20 (605). Ox. I 139, 19 (612). Grenf. I 62, 18. II 99 (a) 9. Lond. 113 II 42. 1032, 6 (s. VI./VII.). BGU 404, 7 (Arab. t.). Accedunt locutiones εἰ συμβῇ, εἰ δόξῃ, de quibus iam dicendum est. Supra omisi eas sententias condicionales, quae tantum ut certae locutiones usitatae sunt. Verbo συμβαίνειν locutio ἐὰν συμβῇ effecta est, quae invenitur Magd. 11, 6 (s. III. a. Chr.). BGU 1106, 20 (13 a. Chr.). 1108, 11 (5 a. Chr.) 1058, 19 (s. I. p. Chr.). Oxyrh. 497, 9 (s. II. p. Chr.). I 105, 6 (c. 120 p. Chr.). III 490, 6 (124 p. Chr.). III 491, 10 (126 p. Chr.). Flor. 20, 30 (127 p. Chr.). Oxyrh. I 95, 34 (129 p. Chr.). BGU 741, 32 (143 p. Chr.). Oxyrh. III 507, 33 (169 p. Chr.). Huius locutionis secundum veterem usum effectae locum obtinet εἰ συμβαίη quamquam e verbo praesentis temporis pendet: εἰ δὲ συμβαίη — ἀποστῆναι —, παρασχεῖν σοι — ὁμολογῶ Par. p. 255, 24 (600 p. Chr.). Idem exstat in Par. 21 bis, 24 (600

ἐὰν οἶδεν BGU 546, 1 (Byz. t.) et ἐὰν μάχουσιν Par. 18, 10. In vetustioribus non syntactica explicatio adhibenda videtur, sed formae, quae indicativi speciem prae se ferunt, pronuntiandi et scribendi ratione volgari indicativorum formis pares redditae sunt, ut ἐὰν εἰσπορεύονται, ὑπάρχουσιν (cf. Mayser p. 98 sq.). Ἐὰν δεῖ, Tebt. 58, 56 (111 a. Chr.) pro δέῃ scriptum puto, ut paulo post legitur in eadem charta συνπεσῖν, etsi aliter iudicat Mayser p. 325. Simile aliquid statuendum videtur de exemplis, in quibus agitur de verbo substantivo: ἐὰν ἦν, ἦσθα, ἦσαν. Fortasse ne hae quidem structurae ratione syntactica explicandae sunt, sed ita, ut imperfecti formae coniunctivorum vice functae esse putentur.

p. Chr.). 21, 45. 21 bis, 28 (616 p. Chr.). Grenf. I 62, 29 (s. VI./VII.), ἐὰν συμβαίη: ἐὰν δὲ — συμβαίη τί μοι ἀνθρώπινον, ὅπερ ἀπεύχομαι, κληρονόμον σὲ μόνην — καθίστημι Lips. 29, 5 (295 p. Chr.). κηνθις (i. e. κἄν τις) — συμβαίη Par. 21, 51 (616 p. Chr.), εἰ συμβῇ: Oxyrh. VI 904, 4 (s. V. p. Chr.). I 125, 16 (560 p. Chr.). I 136, 24 (583 p. Chr.). Stud. pal. II 244, 2. Fay. II XXXVIII app. 483, 1 (s. VI. p. Chr.). Ib. app. 884b 1 (s. VI. p. Chr.). Grenf. I 65, 4 (s. VI./VII.). Lond. 483, 70 (616 p. Chr.). Cum locutiones ἐὰν συμβῇ in vetustioribus chartis usurpentur, ceterae structurae velut εἰ sive ἐὰν συμβαίη et εἰ συμβῇ una charta Lips. 29, 5 (295 p. Chr.) excepta omnes infimae aetatis sunt.

Verbo δοκεῖν legitime effectae sunt locutiones εἴ (σοι) δοκεῖ: Magd. 23, 4. 24, 9. 26 (2) 10. 25, 5. 28, 6. 29, 7. 33, 6. 34, 3. 41, 2. 4, 6. 9, 4. 13, 9. 14, 6. 16, 6. 18, 2 (s. III. a. Chr.). Par. 14, 33. Petr. II 17 (1) 12. III 27, 3 (Ptol. t.). II 4 (5) 2 (255 a. Chr.). I 26, 8[1]). II 12 (1) 13. Hib. 72, 13 (241 a. Chr.). Amh. II 33, 21 (157 a. Chr.). Stud. pal. V 25 II 5 (s. III. p. Chr.). sive εἰ δόξει: Lond. 359, 2 (s. I./II.) et ἐάν (σοι sive σου τῇ τύχῃ) δόξῃ: Grenf. II 14a 9. II 14, 21 (s. III. a. Chr.). BGU 256, 24 (s. I. p. Chr.). 161, 20. 448, 20. 462, 20. 531 II 23. 648, 17. 868, 16. Flor. 91, 14 (s. II. p. Chr.). Fay. I 117, 6 (108 p. Chr.). Oxyrh. III 486, 15 (131 p. Chr.). BGU 747 II 18. Amh. II 77 II 29 (139 p. Chr.). Genev. 6, 14 (c. 140 p. Chr.). 31, 16 (145 p. Chr.). Oxyrh. III 487, 12 (156 p. Chr.). BGU 327, 10 (166 p. Chr.). Oxyrh. III 475, 72 (182 p. Chr.). IV 718, 24 (c. 190 p. Chr.). BGU 778, 6 (195 p. Chr.). 1022, 19 (196 p. Chr.). Oxyrh. VI 899, 41 (200 p. Chr.). Genev. 16, 25 (207 p. Chr.). BGU 98, 24 (211 p. Chr.). 164, 7. 168, 27. 378, 7. Oxyrh. III 488, 25 (s. II./III.). Genev. 4, 15. Stud. pal. V 26, 8. Catt. II 1, 14 (s. III. p. Chr.). sive ἐὰν δοκῇ: Lugd. B 2a 22. G 16. H 14 (Ptol. t.). Lips. 106, 26 (98 p. Chr.). Fay. I 123, 11 (100 p. Chr.). Oxyrh. II 237 VII 25 (186 p. Chr.). BGU 15, 5 (194 p. Chr.). 48, 4 (s. II. p. Chr.). Lond. 404, 6 (346 p. Chr.).

Huius coniunctivi post ἐάν coniunctionem usurpati locum explet optativus post εἰ coniunctionem, quamquam tempus verbi primarii praesens est, ita ut εἰ δόξειε adhibeatur his locis:

1) Cf. Mayser p. 129.

αἰτοῦμαι — ἀποφανῆναι, ἵν', εἴ σου δόξειε τῇ εὐμενεστάτῃ τύχῃ, κελεύσῃς Tebt. 326, 13 (266 p. Chr.). καταφεύγω πρὸς τοὺς σοὺς πόδας ἀξιοῦσα —, εἴ σου δόξειεν κτέ. Oxyrh. I 71, 2, 18 (303 p. Chr.) et εἰ δοκοῖ hoc loco: κελεῦσαι, εἴ σου δοκοῖ —, ἐπαναγκασθῆναι κτέ. Oxyrh. I 71, 1, 17 (303 p. Chr.). Etiam indicativus, ut iam supra p. 47 dictum est, post ἐάν coniunctionem positus est: ἐὰν δοκοῦν ἐστιν Lond. 237, 31 (346 p. Chr.) et coniunctivus post εἰ coniunctionem: εἰ δόξῃ Par. 20, 29 (c. 600 p. Chr.). Locutio εἴ (σοι) δοκεῖ temporibus tantum a. Chr. n. adhibetur, εἰ δόξει et ἐὰν δόξῃ sive δοκῇ praecipue primis p. Chr. n. saeculis. Usus modorum inversus velut εἰ δόξειε, εἰ δοκοῖ, ἐὰν δοκοῦν ἐστιν, εἰ δόξῃ inde a III. et IV. p. Chr. n. saeculo exstat.

Verbo φαίνεσθαι certae locutiones fere ubique legitime effectae sunt, i. e. ἐὰν φαίνηται: Petr. II 1, 20 (s. III. a. Chr.). Grenf. I 38, 16. Peyron. II 15. Par. 37, 47. Petr. III 67 (a) 3 (Ptol. t.). Petr. II 20, 2, 9. II 20, 4, 15 (252 a. Chr.). II 9 (5) 3 (240 a. Chr.). Lond. 22, 6 (164 a. Chr.). Par. 35, 34 (163 a. Chr.). Lond. 35, 22. 24, 21. 24, 26. 44, 28 (161 a. Chr.). 23, 19 (158 a. Chr.). Par. 12, 19. 13, 23 (157 a. Chr.). 40, 51 (156 a. Chr.). Grenf. I 15, 4 (c. 140 a. Chr.). Amh. 35, 35 (132 a. Chr.). Par. 8, 17 (131 a. Chr.). Tebt. I 44, 32 (118 a. Chr.). I 24, 77 (117 a. Chr.). Lond. 401, 25 (c. 115 a. Chr.). Tebt. I 13, 19 (114 a. Chr.). Stud. pal. I p. 1, 17 (s. II. a. Chr.). Tebt. I54, 21 (86 a. Chr.). Taur. I 3, 8. II 41. V 19. VI 20. VII 11. Tebt. 283, 18 (s. I. a. Chr.). BGU 640, 11 (s. I. p. Chr.). Oxyrh. IV 746, 8 (16 p. Chr.). Lond. 177, 25 (40 p. Chr.). Oxyrh. II 283, 17 (45 p. Chr.). BGU 650, 18 (60 p. Chr.). 184, 27 (72 p. Chr.). Amh. 85, 18. 86, 17 (78 p. Chr.). Lond. 286, 19 (88 p. Chr.). BGU 908 (s. II. p. Chr.). Fay. I 36, 21 (112 p. Chr.). Tebt. 374, 21 (131 p. Chr.). Lips. 16, 20 (138 p. Chr.). Tebt. 375, 31. BGU 422, 20. 661, 23 (140 p. Chr.). Lond. 314, 21 (149 p. Chr.). BGU 227, 22 (150 p. Chr.). 166, 12. Genev. 34, 8 (157 p. Chr.). Amh. 90, 23. 91, 24 (159 p. Chr.). Fay. I 93, 18 (161 p. Chr.). Amh. 92, 25. Lond. 168, 14 (162 p. Chr.). BGU 237, 16 (164 p. Chr.). Amh. 93, 24 (181 p. Chr.). 97, 17 (180—192). BGU 39, 22 (185—186). 1018, 26 (s. III. p. Chr.). 837, 14 (201 p. Chr.). Tebt. 377, 33 (210 p. Chr.). Flor. 16, 34 (239 p. Chr.). 19, 17 (248

p. Chr.). CPR 38, 23 (263 p. Chr.). BGU 606, 16 (306 p. Chr.). ἐάν (σοι) φανῇ: BGU 822, 28 (s. III. p. Chr.). ἐὰν φαίνηι: CPR 31, 33 (s. II. p. Chr.). ἐὰν φέναι (i. e. φαίνηι): Grenf. II 41, 22 (46 a. Chr.). εἰ φανήσεται: BGU 915, 7 (s. II. p. Chr.). His in locutionibus et coniunctivus post ἐάν coniunctionem et indicativus post εἰ coniunctionem legitime adhibentur.

Numero coniunctivorum, optativorum, indicativorum, qui in enuntiatis condicionalibus secundi generis adhibentur, in usum horum modorum legitimum et non legitimum distributo hic conspectus efficitur:

Adhibentur	legitime			non legitime		
	coni.	opt.	ind.	coni.	opt.	ind.
1. in enuntiatis condicionalibus non suspensis:	402 post ἐάν	—	—	c. 15 post εἰ	20 post εἰ 1 post ἐάν	13[1]) post ἐάν
2. in enuntiatis condicionalibus e verbo praesentis temporis suspensis:	67 post ἐάν	—	—	c. 5 post εἰ	25 post εἰ 1 post ἐάν	—
3 in enuntiatis condicionalibus e verbo praeteriti temporis suspensis:	9 post ἐάν	8 post εἰ	—	—	—	—
4. in locutionibus verbo συμβαίνειν effectis:	12 post ἐάν	—	—	8 post εἰ	5 post εἰ 2 post ἐάν	—
5. in locutionibus verbo δοκεῖν effectis:	41 post ἐάν	—	25 post εἰ	1 post εἰ	3 post εἰ	1 post ἐαν
6. in locutionibus verbo φαίνεσθαι effectis:	72 post ἐάν	—	1 post εἰ		—	—
	603	8	26	c. 29	57	14

8 optativi, quorum usus est legitimus, tantum in iis enuntiatis condicionalibus, quae e verbo temporis praeteriti

1) Omissa est forma δεῖ cf. p. 47 adn. 3.

pendent, ut optativi obliqui adhibentur. Hi optativi inveniuntur in chartis, quae partim temporibus a. Chr. n., partim p. Chr. n. scriptae sunt, cum ceteri optativi praeter unum Par. 64, 35 (160 a. Chr.) [1]) in chartis inde a II. p. Chr. n. saeculo exaratis exstent.

C.

Restant sententiae condicionales tertii generis, in quarum protasi εἰ coniunctio cum indicativo copulata et in apodosi indicativus exstare solet, cuius locum optativus cum ἄν coniunctus obtinere potest. Hoc tertium genus sententiarum condicionalium nisi in certis locutionibus fere non invenitur. Talis locutio [2]) est: εἰ ἔρρωσαι, εὖ ἂν ἔχοι Grenf. II 14 c 5. Petr. II 11, 2. III 53 q 4. III 53 r 4 (s. III. a. Chr.). II 20 (63) 3 (252 a. Chr.). εἰ ἔρρωσθε πάντες, καλῶς ἂν ἔχοι Petr. II 40 a 7 (223 a. Chr.). III 42 H 7. III 42 H a (s. III. a. Chr.). Hib. 63, 12 (265 a. Chr.). εἰ ἔρρωσαι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀλύπως ἀπαλλάσσεις, εἴη ἄν, ὡς ἐγὼ τοῖς θεοῖς εὐχόμενος διατελῶ Petr. II 2, 3. II 2, 4 (s. III. a. Chr.). Peyron. XVIII 2 (Ptol. t.). Hib. 79, 5 (260 a. Chr.). Lond. 42 (168 a. Chr.). εἰ ἔρρωσαι —, εἴη ἂν ὡς βούλομαι Petr. III 53 n (s. III. a. Chr.). Peyron. A 3 (168 a. Chr.). Eleph. 13, 1 (223 a. Chr.). Par. 44, 2. 45, 2. 46, 4 (153 a. Chr.). 63, 5 (165 a. Chr.). Cair. 4 (s. II. m. a. Chr.). Uno loco exstat in apodosi εὖ ἂν εἴη Alex. 3, 2 (s. III. a. Chr.) et τὸ δέον ἂν εἴη Par. 42, 2 (156 a. Chr.), quarum locutionum significatio eadem est, quae earum, quas antea enumeravi.

Protaseos ab εἰ coniunctione incipientis locum participium explet: καὶ τί ἄν σοι ποιοῦντες χαριζοίμην (pro χαριζοίμεθα) Eleph. 13, 7 (223 a. Chr.). τὰ δ' ἄλλα χαρίζοισθ' [3]) ἑαυτῶν ἐπιμελόμενοι, ἵν' ὑγιαίνητε Grenf. II 36, 19 (95 a. Chr.). καὶ νῦν δὲ καλῶς ἂν ποιήσαις συντάξας χρηματίσαι Petr. II 4, 2 (255 a. Chr.). καλῶς ἂν οὖν ποιήσαις ποιῶν Petr. II 4, 4 (255 a. Chr.). Idem est in Petr. II 9, 3 (240 a. Chr.) [3]). II 13, 2 (c. 255 a. Chr.). II 23, 4. II 14, 2 a [3]) (s. III m. a. Chr.). Hib. 64, 9.

---

1) Cf. p. 45.

2) Consentaneum est tales locutiones tantum in epistulis privatis usurpari.

3) Hae tres locutiones particula ἄν omissa, quamquam optativus his locis ut modus potentialis adhibetur, conspicuae sunt. Praeter

65, 14 (265 a. Chr.). 66, 3 (228 a. Chr.). In charta Par. 64, 9 (160 a. Chr.) haud scio an infinitivus instar protaseos sit: γένοιτο δ' ἂν πρὸς χάριν διακεκυφότας αὐτοὺς πρός σε — ἐπὶ τοσοῦτον προῆχθαι.

Ut ex temporum indicibus apparet, hae locutiones tantum temporibus a. Chr. n. usurpantur. Iam his temporibus optativum harum locutionum aliis modis cessisse illustratur numero optativorum cum numero aliorum modorum comparato.

Cum optativus χαρίζοισθε uno tantum loco adhibeatur, vel in solo Stanislavi Witkowski[1]) corpusculo epistularum privatarum quinque locis indicativum futuri inveni: εὐχαριστήσεις μοι — ἐπιμελόμενος Witk. 12, 6 = Petr. II 2, 4, 6 (s. III. a. Chr.). χαριεῖ — ἐπιμελόμενος Witk. 26, 31 = Lond. 42, 31 (168 a. Chr.). Eadem structura exstat Witk. 42, 10 = Cair. 4, 10 et Witk. 44, 6 = Tebt. 55, 6 (s. II. a. Chr.). τοῦτο δὲ ποιήσας ἔσῃ μοι κεχαρισμένος Witk. 45, 15 = Tebt. 56, 15 (s. II. a. Chr.).

Locum optativi in locutione καλῶς ἂν ποιήσαις ποιῶν sive sim. usurpati obtinet indicativus futuri his locis: καλῶς sive εὖ ποιήσεις et sequens participium: Petr. II 4 (10) 5. II 4 (11) 3 (255 a. Chr.). II 9 (1) 3. II 9 (5) 3 (240 a. Chr.). II 13 (3) 5 (c. 255 a. Chr.). II 15 (3) 3 (240 a. Chr.). II 19 (2) 2. II 32 (3) 2. II 37, 1 a, 3 et 18. II 37, 1 b, 15. II 37, 1, 3. II 37, 2 b, 6. II 40 b 5 (Ptol. t.). Ashm. 5 ll. 19, 24, 30. Grenf. II 14 c, 3 et 6 (s. III. a. Chr.). Alex. 2, 6. Vat. XI 45. A 20. Petr. III 48, 7. III 53 (l) 8. Grenf. I 43 (Ptol. t.). Hib. 82, ll. 9, 17, 25 (c. 238 a. Chr.). Eleph. 18, 3. 27 a 22 (223 a. Chr.). Amh. II 37, 6. 41, 9 (s. II. a. Chr.). Lond. 33 b 10 (161 a. Chr.). 42, 29 (172 a. Chr.). Fay. I 13, 5 (170 a. Chr.). Par. 63, 11 (165 a. Chr.) Tebt. I 6, 5 (140 a. Chr.). I 23, 10. 30, 12 (115 a. Chr.). 31, 13 (112 a. Chr.). 32, 19 (145 a. Chr.). 57,8 (114 a. Chr.). 19, 11 (114 a. Chr.). Grenf. I 32, 7 (102 a. Chr.). Grenf. II 83, 3 (81 a. Chr.). Oxyrh. II 294, 12 (22 p. Chr.). BGU 830, 22. 1097, 7. 1097, 12. Oxyrh. 300, 5. Lond. 356, 3 (s. I. p. Chr.). BGU 597, 3 (75 p. Chr.). 844, 8 et 17 (83 p.

---

hos locos tantum perpauca alia exempla optativi potentialis sine ἄν particula leguntur, v. p. 28 sq.

1) Epistulae privatae Graecae, quae in papyris aetatis Lagidarum servantur, ed. St. Witkowski, Lips. 1906.

Chr.). 596, 4 (84 p. Chr.) Fay. I 110, 3 (94 p. Chr.). 121, 3. 122, 2. BGU 829, 1 (100 p. Chr.). 1096, 5 (s. I./II). 73, 12 (135 p. Chr.). 348, 3 (156 p. Chr.). 248, 22. Fay. I 125, 3. Oxyrh. III 525, 7. Tebt. 314, 14. Genev. 2, 2 (s. II. p. Chr.). BGU 93, 6. Oxyrh. VI 929, 6. BGU 1081, 5 (s. II./III.). 1064, 3 (277 p. Chr.) 848, 2 (s. III. p. Chr.). Genev. 61, 6 (s. IV. p. Chr.).

καλῶς ποιήσεις in apodosi et εἰ coniunctio in protasi exstat his locis: Alex. 3, 1. Petr. I 30 (1) 1. II 11 (1) 1 (Ptol. t.). Hib. 72, 12 (241 a. Chr.). In protasi adhibetur ἐάν coniunctio cum coniunctivo copulata: BGU 923, 21 (s. I./II.). Participii loco adhibetur infinitivus: Tebt. 56, 9 (s. II. a. Chr.)[1]. Lond. 28, 4 (162 a. Chr.)[1]. BGU 1078, 3 (39 p. Chr.). Fay. I 112, 2 (99 p. Chr.). I 127, 5 (s. II./III.). BGU 75, 10 (s. III./IV.) Genev. 52, 5 (s. IV. p. Chr.)[1]. BGU 335, 4 (Byz. t.).

Structura paratactica id est indicativus futuri coniunctione omissa iuxta voces καλῶς ποιήσεις positus, velut καλῶς ποιήσεις γράψεις, exstat Oxyrh. II 297, 3 (54 p. Chr.). II 299, 3 (s. I. p. Chr.). Fay. I 120, 3 (100 p. Chr.). Oxyrh. I 113, 6 (s. II. p. Chr.). Structura paratactica, sed ita ut loco futuri imperativus usurpetur, exstat BGU 601, 9 (s. II. p. Chr.): εὖ οὖν ποιήσης γράψον. Genev. 62, 18 (s. IV. p. Chr.): εὖ πυήσεις (pro ποιήσεις) —, ἀπόστιλόν μοι.

In locutione verbo ποιεῖν effecta 9 locis optativus, 92 locis autem indicativus futuri adhibetur, unde apparet indicativum optativo permulto praevalere.

1) His in chartis forma ποιήσης loco ποιήσεις formae scripta est, cf. Mayser p. 77.

C. De temporibus optativi.

De temporibus optativi haec, quae commemorentur, digna esse videntur. Ex conspectu primae partis huius dissertationis p. 19 apparet formarum optativi

praesentis	163
aoristi	138
perfecti	2
futuri	1
omnino	304

exstare.

Optativi futuri igitur et perfecti rarissime inveniuntur. Optativus futuri uno tantum loco usurpatur in sententia condicionali [Grenf. I 60, 40 (581 p. Chr.): εἰ δὲ ἀσθενήσοιμι] contra legem veterum scriptorum Graecorum. Hunc autem optativi futuri usum his temporibus, quibus charta illa scripta est, etiam apud scriptores late patuisse docet Usener, Der heilige Tychon, p. 55 ss.

Duorum optativorum perfecti alter [συντεθεικὼς εἴης Petr. II 20, 3, 7 (252 a. Chr.)] loco perfecti aoristi vicem obtinentis videtur usurpari, alter [γεγραμμένα εἴη BGU 326 (c. 190 p. Chr.)] re vera optativus perfecti est, quo significatur rem perfectam etiam iis temporibus praesentem esse, quibus res enuntiati primarii agitur.

Cum optativi perfecti et futuri tam rari sint, imprimis optativi praesentis et aoristi spectandi sunt. Quod ad maiorem optativi praesentis numerum quam aoristi attinet, p. 20 dictum est hunc magnum numerum formis verbi εἶναι effectum esse. Usus praesentis et aoristi temporis satis apparet, si consideratur, quomodo tempora optativorum in singulas sententias distributa sint.

Adhibentur	optativi praes.	optativi aor.
I. ut modus primarius		
1. ut modus desiderativus	98	12
2. ut modus potentialis	3	6
II. ut modus secundarius		
1. in sententiis enuntiativis suspensis	3	—
2. in sententiis interrogativis suspensis	8	1
3. in enuntiatis finalibus	4	7
4. in enuntiatis relativis	3	9
5. in enuntiatis temporalibus	—	24
III. in sententiis condicionalibus	35	69
	154	128

Conspectus.

Ut ex iis, quae dicta sunt, apparet, formae optativi in chartis Aegyptiis secundum Atticorum usum maxima e parte fictae sunt. Optativi praesentis temporis eo magis optativis aoristi, (qui ante Chr. n. in -αι postea in -ειε(ν) exire solent) cesserunt, quo inferioris aetatis chartae sunt, atque optativi perfecti et futuri temporis omnino fere evanuerunt.

Quod ad optativi syntaxin attinet, optativus ut modus desiderativus imprimis in certis locutionibus adhibetur. Optativus potentialis cum ἄν particula positus sex tantum locis invenitur et post III./IV. p. Chr. n. saecula omnino non occurrit. Raro ἄν deest. Ut secundarius modus optativus in sententiis enuntiativis suspensis in chartis tantum saeculorum a. Chr. n. positus est. Idem optativus in sententiis interrogativis suspensis secundum Atticorum usum post praeteritum octo locis pro indicativo positus est, contra hunc usum post praesens tempus in duabus chartis IV. p. Chr. n. saeculi. In enuntiatis finalibus optativus in iis tantum chartis, quae inde ab exeunte II. p. Chr. n. saeculo exaratae sunt, adhibetur idque ita, ut temporis verbi primarii ratio omnino non habeatur. Optativus in enuntiatis relativis ex vetere usu ut modus iterativus usurpatus semel tantum invenitur, quod idem valet de singulari optativo iterativo in enuntiato temporali posito. Hi duo optativi III. vel II. a. Chr. n. saeculo exstant. Ceteri optativi et

in enuntiatis relativis et in sententiis temporalibus ratione verbi primarii non habita temporibus tantum p. Chr. n. adhibentur et imprimis in chartis infimae aetatis, velut optativi verbi βούλεσθαι, qui certas fere locutiones efficiunt. Sententiarum condicionalium primi generis tantum duo exempla, in quibus optativus positus est, exstant. In enuntiatis condicionalibus secundi generis optativum coniunctivus permulto superat. Omnium 65 optativorum, qui in his sententiis inveniuntur, 8 tantum secundum Atticorum usum usurpantur, 10 in certis locutionibus exstant. In sententiis condicionalibus tertii generis optativus tantum fere in certis locutionibus adhibetur. Sed etiam his in locutionibus optativus alii modo cessit.

In universum dicendum est, quod iam apud scriptores observatum est, inde ab exeunte II. fere p. Chr. n. saeculo optativi usum magis magisque increbrescere et id quidem ita, ut ratio eius adhibendi ab Atticorum ratione multum discedat et paulatim plena modorum turbatio exsistat, quae maxima est quinto et duobus insequentibus p. Chr. n. saeculis.

Loci emendati.

Vita.

Natus sum Christophorus Fridericus Guilelmus Carolus Harsing in oppido Duesseldorf die VI mensis Martii anni MDCCCLXXXV patre Christophoro matre Charlotta e gente Jansen, quibus superstitibus gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Gymnasii Duesseldorpiensis per sex annos discipulus fui. Maturitatis testimonium die XV mensis Martii anni MCMIV adeptus Bonnam me contuli philologiae operam daturus. Post bis sex menses Monachiam migravi, tum post sex menses Berolinum, unde vere anni MCMVI Bonnam redii.

Docuerunt me viri clarissimi: de Bissing, Crusius, Dyroff, Furtwaengler, de Heigel, Lipps, de Mueller, Thiersch Monacenses; Diels, Lasson, R. Lehmann, Paulsen, E. Schmidt, Vahlen, de Wilamowitz-Moellendorff Berolinenses; de Bezold, Bickel, Boehmer, Brinkmann, Buecheler, C. Clemen, P. Clemen, Dyroff, Elter, Enders, Erdmann, Herrmann, Jaeger, Litzmann, Loeschcke, Marx, Nissen, Ritter, Schreuer, Schulte, Sell, Solmsen, Stier-Somlo, Willers Bonnenses. Proseminario philologico interfui Monachiae per sex menses et Bonnae per bis sex menses. Nisseni summa benevolentia factum est, ut seminarii historici sodalis ordinarius essem per sex menses. Solmsen exercitiationibus benigne me admisit. Quibus omnibus quantum debeam, numquam obliviscar, imprimis autem Brinkmanno gratias ago quam plurimas, cuius consilio in componenda dissertatione semper uti mihi licuit. Examen rigorosum habitum est die IV mensis Augusti MCMIX.